



Q. h. II.

IP * 1995 *

Q.h.II.

for canary
in older
and


for canary

for canary

for canary

for canary

Dumptree 18th 1895.







APOLLO

N II R H O D I I A R G O N A V.
ticorum Libri quatuor, nunc pri-
mùm latinitate donati, atqz
in lucem editi.

IOANNE HARTVNGO
interprete.

Accessit locuples rerum & uerborum me-
morabilium Index.

Cum Cæs. Maiest. gratia & priuilegio
ad quinquennium.



BASILEÆ.



hic lib. fuit Guil. Prosternu Antecor.
Quod nunc est usus Studios. oium
CLARISSIMO VIRO; EI
deq; cōsultiss. D. Ioanni Venatorio, I.V.
professori publico, etc. Suo.



VANTO PERE
me ualetudo tua ad-
uersa, unde, non sine
singulari Dei benefi-
cio restitutus, affe-
rit, Venatori multo
ornatissime, et si ma-
lim tibi aliunde innotescere, quām meis
his literis declarari, tamē perquām san-
cte affeuerarim, iam diu nihil tristius, a-
cerbiusq; accidisse. Itaque si frigidius,
quām fortassis expectabas, aut ego de-
bebam, te inuiserim, nihil aliud in cau-
sa fuit, quām quòd serius te decumbere
comperi: alioqui te crebrius salutassem,
nisi in eo genere meum officium fuisses
aspernatus. Quanquā quid promouis-
sem; quid dolorem tuum leuassem; qui
eius impotētiae ac genij sum, ut nihil mi-
nus queā, quām amici calamitates co-
rām contueri. Id si in uitio esse censes, eō
me laborare, dissimulare nequaç pos-
sum: sin humanitatis aliqua scintillula,
magisq; debes: magisq; id adeò, quid

• 2

præfectia



E P I S T O L A

præsentia corporum in nullo officiorū
genere numerāda mihi .Ex Oreste Eu-
ripidis, ubi ait,

δύναμα, δ' ἔργον οὐκ ἔχσον δι φίλοι,
δι μή πτ̄ ταῦται συμφορᾶς δύντες φίλοι.

uideatur , nisi opera auxilium ue acce-
dat. Quorum utroq; quoniam tunc de-
stiduebar, putauī leuius esse absens obli-
uionis insimulari, quam præsens deser-
ti officij. Hoc tamen non ideo scribo, ut
indiligentius me excusem, sed ut tuæ sa-
lutis deinceps aliquanto accuratiorem
rationem habeas. Facile est ualetudinē
offendere, præsertim illis qui non usq;
ad eo adamantina sunt, quiq; assiduis
curis ac studijs macerantur: sed eandem
colligere, aut recuperare,

Hic labor, hoc opus est.

Quocirca moderandi tibi labores stu-
diaq; erunt, si modò uelis diutius melio-
ribus & tuis superesse.

Illud autem quo fœlicius facias , en-
Apollonij Rhodij Argonautica tibi cō-
secreare statui, ut quotiescunq; tedium
tibi obrepit, illorum lectione fallere &
discutere possis . Est enim, ut scis, mirè
disertum poema, reconditæ doctrinæ,
argumentiq;

N V N C V P A T O R I A.

argumentiçp ita iucundi & candidi, ut non dubitem cū Homericō ob multas causas conferre. Audacter forsan, sed uerē. Si enim, ut alia omittam, consiliū expēdas utriusçp ille Grēciam à bellica uirtute celebraturus, introducit promiscuè bonos & malos repetitū Helenā, per multa discrimina terræ marisçp Troiām profectos esse: ad significandū, uirtutes ueramçp gloriam non ociosis, sed strenuè conantibus contingere. At hic noster, bone Deus, quanta dexteritate, quanta admiratione, omnia ista fœlicius. Selectissimos enim ereptum pellē auream apud Colchos, negocio difficiliore, longinquiore expeditione, grauioribusçp longè periculis, educit. ut nō immerito etiam præferri debeat. Quid? quod alijs uirtutibus ita excellit, ut Maronem nō puduerit integras descriptiones, comparationes, translationes, breuiter epitheta inde mutuari. Alicubi tamen duriusculus est, itaçp uastus, ut in reddēdo Delio natatore opus (quod aiunt) sit. Argumentū ne id nondum emendati sat is operis per autore ipsum, cum constet aliquoties sub incudem re

E P I S T O L A

uocasse: an archetypī potius deprauati,
nō certū habeo. Hoc uerū est, mihi in eo
uertēdo fuisse sepe arrodendos unguis,
sæpius scabendū caput, dū quæ hinc in-
de corrupta erant, restituerē, obscurio-
raç̄ utcūç explanando eruerē. Proin-
de uelim isto nomine tibi cōmendatio-
ra esse, ac per te optimo cuiç̄ ita tradi,
ut ab iniuria petulantiu eo fidelius trā-
lata uindicen̄. Malui enim tibi p̄e alijs
dicare, uel quòd iāpridē peculiari quo-
dā amore eius poetæ flagrare intellexe-
rim: uel quòd Græcarum literarū adeò
callentem miremur, ut quandoç̄ publi-
cē cum applausu multorū eas professus-
sis. Quorum alterum quoniam tibi cō-
mune est cum paucis tuī ordinis homi-
nibus, nō possum mihi temperare, quin
liberè querar hīc, doleamç̄ tam paucos
reperiri, qui ueram illā παρδεῖσσι foueāt,
permultos uerò qui negligāt: quasi do-
ctrinæ aut uirtutis opinionem ferat ea
damnare, sine quib⁹ quālibet exiguus
profectus cuiuscunç̄ facultatis despe-
randus est. Hæc ergo, ne alieniora à pro-
posito prosequar, cum ita se habeant, ad
te potissimū adspicere sustinui, orareç̄
ut primum

N V N C V P A T O R I A.

ut primum pro obuia tua in me uoluntate, studioq; hoc qualem cunctq; testimoniū excipias, cōplexuq; tuo fidelis fous. Deinde ut omnium studiorum nomine, cōtra Amycos, Absyrtos, Aeetas, aliasq; id genus pestes literarum, uirtutum, fortunę, salutisq; dimices. Pr̄elium quidem erit difficile, superabile tamen, & gloriosum: si Iasonem imitatus, cui παρὰ τὴν Ιάσονον nomen cessit, cum Medea operas iunxeris, fretusq; ope Promethei τῆς φαεμάντης

τῶ γ' αὐτὸν περίφητος εἰς χάρικοιο τύποι,
τὸ περὶ καὶ αὐτομένω πνεὺ ἐπιάθοι, ἀλλὰ καὶ ἀλλιών πρόσος οὐδὲν ἡμαρτόμενος καρδτεπ πέλειτο,
Sicut poeta scribit, Terrigenis taurisq;
igniuomis confectis, aureū uellus omnium
uirtutum simulachrum germa-
num recuperaueris. Quod ut facias fœ-
líciter, precamur etiam atq; etiam om-
nes. Vale ornatissime mi Venatori. Ex

Friburgo Brisiacorum, Calendis

Augusti. Anno 1549.

IOAN. HARTVNGVS.

IOACHIMVS MYNSINGE

rus I. C. Ioanni Hartungo.

Disertissime cultor ô sororum,
Hartunge, Aonidum, atq; amice chare:
Quæso Apollonij, optumi poetæ,
Argonautica, quæ tuo labore
Solerti, hercule, & improbo labore,
Nunc primum incipiunt loqui latine,
Rupta compede, unculis solutis,
Ab tandem sine liberè uagari,
Ingens per Latium, per & togatos,
Fœlici pede, Romuli nepotes:
Et quæ nominis inclytum Latini
Auditur decus, elegansq; sermo.
Sic non cognitus antehac poeta,
Tuo munere peruolabit orbem
Romanum, alite, fidere & secundo.
Ergo rumpe moram, optimumq; uatem,
Indignum tenebris premi, situq;,
Ede: nunc Latio decenter ore
Loquentem, Latiae exhibe iuuentæ,
Sic tui meliore parte uiues,
Cura si quatibi est perennitatis,
Deuincisq; tibi disertiorum
Cœtus ac opera omnium. quid ultra?
Quare da precibus locum precamur,
Ignotum hactenus hunc grauem poetam

Romanae

Romanæ ocyus exhibe iuuentæ.
Ede uatis opus perenne sacri,
Vatis & sapientis, & rotundi.
Oram solue, ratemq; crede ponto.
Commis̄am moderabitur carinam
Flauæ Pallados, & nouem fororum
Aspirans fauor, & nepos Atlantis.

I A C O B V S M I C Y L L V S.

Qui cupis Aesonidæ uarios cognoscere casus,
Quos idem terra pertulit, atq; mari:
Dum petit extremo fulgentia uellera ponto,
Cernit & insolitis saxa coire modis:
Aut dum sollicitus, spirantes naribus ignem
Mittit araturos sub iuga panda boues:
Omnia quæ quondam Rhodio cantata poetæ,
Traditaq; Argolicis tota fuere modis:
Hæc, inquā, Ausonia qui uis cognoscere lingua,
Verbaq; cum uerbis ponere uerfa suis:
Hæc lege, quæ typica transcripsit Oporinus arte,
Hartungus Latios iussit habere sonos.

a s PERIOCHÆ :

PERIOCHAE IN QVATV.
or libros Argonauticorum Apollonij
Rhodij, per Balthasarem
Acanthium.

PERIOCHA LIBRI PRIMI.

Cauſſas primus habet, patrui cur missus Iason
Mandato Peliæ, ſpoliatum uellere Colchos.
Enumerat proceres, Lemnumq; per æquora uectos
Defert, infanda temeratam cœde uirorum.
Excipit hinc mitis currentem Cyzicus Argo,
Terrigenæq; cadunt. indigno uulnere cæſum
Componunt regem: ſed coniunx regia Clite
Inuisam laqueo uitam ſibi finit. oborti
Placata fugiunt Cybele dehinc æquore uenti.
Ac blando recipit pergentes Myſia portu
Heroas: ubi deserti Polyphemus, Hylasq;
Errantes abeunt, ditesq; reuertitur Argos
Alcides. ortas tollit mox æquore lites
Emergens Glaucus: potiuntur littore Graij.

PERIOCHA LIBRI
secundi.

Funestus Minyis, truculenta lege, tyrannus
Occurrens Amycus, turgentes pondere cæſius
Proponit, dextraq; cadit Pollucis. abacta,
Bebrycij tandem fugiunt à littore, præda.
Phinea mox Zethes redimunt, Calaisq;, ferentes
Auxilium, longè, Cretæa ſub antra fugatis
Ilicet

Uicet Harpyis: senior docet æquora uates
Interea, monstratq; uias, et fata recludit.
Præmissa, penetrant coeuntia saxa, columba,
Soluentes Minyæ, placido quos excipit ore
Rex Mariandynum Lycus. at Phœbeius Idmon,
Agniadesq; cadunt duplicato funere, Tiphys.
Stymphalidas posthac uolucres à littore pellunt,
Ac rapidas Scythici contingunt Phasidos undas.

P E R I O C H A L I B . I I I .

Iuno suas confert socia cum Pallade curas,
Deq; reducendo consultat Iasone. Demum
Vnanimi Veneris tendunt ad limina gressu.
Atq; Cupido graui perstringit uulnere pectus
Colchidis. Interea regem Pagasæus Iason
Aurea Phrixæ poscebat uellera lance.
Redditur oranti magnorum plena laborum
Aesonidæ uox. cum subitos Aeetias ignes
Concipit, ac dominæ repetens Perseidos aras,
Seuocat hūc magicis instructum ut muniat herbis,
Carminibus fidens Martis descendit in æquor
Intrepidus, iungitq; boues, sœuosq; Draconis
Dira iacit dentes per aratos semina campos,
Absoluens cœptos pariter cum sole labores.

P E R I O C H A L I B R I

quarti.

Aesonides puppi laxas immittit habenas,
Et malo superat fugiente, binominis Istri
Flumina.

Flumina. Cum sparsis heros Aeetius armis
Insequitur, turpiq; dolo cadit ille sororis.
Aduersos, oculis spectans hæc Iuppiter æ quis,
In missurus erat Zephyros: dat flamina puppi
Iuno secunda suæ. lustrantur carmine Circæs,
Et penetrant Minyæ Thetidos molimine Planctas.
Contingut Drepanæ, poscuntq; ex foedere Colchi,
Quam tamen Alcinoo retinet sub iudice Iason,
Phasida. mox Libycis illidit Syrtibus Argo,
Amissumq; gemunt ad Mopsi funera Canthum.
Hinc Tritone uiam uento monstrante secundo,
Intrant Phrixeo patrios cum uellere portus.

CATALOGVS

CATALOGVS, SIVE NO-
menclatura Argonautarum, qui lafo-
nem secuti, ab Apollonio in
troducuntur.

Orpheus	Butes	Augeas
Asterion	Phalerus	Asterius
Polyphemus	Tiphys	Amphion
Iphiclus	Phlias	Polyphemus
Admetus	Talaus	Neptuni, qui alibi Euphe- mus à poeta uocatur
Eurytus	Areius	
Echion	Leodorus	
Aethalides	Hercules	
Ceronus	Hylas	Erginus
Mopsus	Nauplius	Angæus
Eurydamas	Idmon	Meleager,
Menctius,	Pollux	Laocoön
Eurytion	Castor	Iphiclus The- stiae filius
Eurybotes	Lynceus	Iphitus Nau- boli
Oileus	Idas	Zetes
Canthus	Periclymenus	Calais
Clytius	Amphidamas	Acastus.
Iphitus	Cepheus	
Telamon	Angæus Ly- curgi filius	
Peleus		

E O R V M C A T A L O G V S
 qui citantur in Commentariolo Apollonij,
 quo tristior nobis sit tot inter-
 ritus Autorum.

Asclepiades	Acesander	banus
Myrlæanus	Atrometus	Dinias
Aristomenes	Bacchilides	Demetrius
Antimachus	Chamelen	Diophanes
Appion	Cleon	Diogenes A-
Armenidas	Cosmas	polloniata
Alexander	Cnossus	Euphorion
Athemon	Charon	Eudoxus
Archilochus	Callisthenes	Erycius
Antemenides	Ctesias	Ephorus
Andretas Te- nedius	Chares	Eumelus
Amerias	Clinias	Epimenides
Andron	Cinæthon	Hellenicus
Acestor	Callias	Herodianus
Aretius	Dyrrichidas	Hecatæus
Anticlides	Deiopus	Hegestratus
Acusilaus	Duris	Hippias
Agretas	Demagetus	Hipponax
Anacreon	Dionysius Mi- lesius	Hermogenes
Artemachus	Dionysopha - nes	Ibycus
Agathocles	Dionysius Al-	Leon
Alcæus		Leander
		Lysippus

Lampsacenus	Pythenetus	Timagnetus
Mnaseas	Palamedes	Timonax
Mnesimachus	Pythias	Thimosthenes
Metrodorus	Phylarchus	Theochrestus
Myclus	Polemon	Xenagoras
Nearchus	Philetas	Zenothemis
Nymphis	Paniasis	Herodotus
Nymphodorus	Simonides	Isocrates
Nicanor	Scepsius	Suidas
Omasus	Stesimbrotus	Hesiodus
Pherecydes	Stesichorus	Homerus
Proxenus	Sosiphanes	Euripides
Pisander	Staphylus	Sophocles
Phanodicus	Seleucus	Pindarus
Philochorus	Scylax	Callimachus
Philostepha- nus	Sostratus	Musæus
Promethidas	Theopompus	Aristoteles
Phoronis	Theolytus	Theophrastus
Philon	Tryphon	
	Timæus	



C O R R E C T A , Q V A E I N
utraq; editione, tam Aldina, quam
Francfordiana, perperam
legebantur.

- Pag. 6. a. pro αῖτα, legendum αῖσα
13. a. pro εἰπάζων, lege εἰπάζων
14. b. ποσεῖον legit interpres, p ποσεῖλω, et cuncte
secutus Euorinus. Fortè hic uersui indultu est.
15. b. ὁς legendum, pro ως
16. b. pro αῖδ' ἀγορῆ θλητό, lege αῖδ' ἀγορῆ, si-
ne diphthongo
21. a. αῖνοι lege, pro αῖνοι
Ibid. pro ιασονίνος ἀθλώντος, lege ιασονίνος ἀθλώντος
21. pro αράι(ε)ντο, αρέ(ε)ντο lege
23. b. pro ἐτεροῖς, lege ἐτέροις
Ibid. ὅριώλασ lege, pro ἕξιώλασ
24. a. pro νᾶιν, lege νᾶιν
26. b. pro ἡσ', lege ἡσ'. f. sedes
31. a. pro ἀσκηθεῖσ, lege ἀσκηθεῖσ
35. b. pro ἐγγυάλιξαι, lege ἐγγυάλιξαι
40. b. pro ὅστε, lege ὥστε
41. b. pro τυπέντος, lege τυπέντος
45. b. pro Ιακώσων, lege Ιακώσων
46. b. pro ιακωνίσται, lege ιακωνίσται
53. pro πέρμαθοι, lege πέρμαθοι
55. b. pro ἄλινθα, lege ἄλινθα
56. σκῆπτρά πε legitur, sed δὲ pro πε legendum

B 56. a. pr

C A S T I G A T I O N E S.

- 56.a. pro νέεσθαι, legendum νέεσθαι. uel subaudiendum έολπα
66. pro ἐλίσθε, lege ἐλίσθε, pro ἐλίσθῃ
- 67.a. pro μητίσμαι, lege μητίσμαι. Sic Homerus Iliad.o
- 68.b. pro μάεσω, lege μνάεσω
- 69.b. ίσο lege. s. stent, una dictione
70. pro αἰ Θρώπων, lege αῖ Θρώπων
71. pro χρεμέθων, lege χρεμέτων
- 72.b. pro βόλητον, lege βόλυτον
- 74.b. pro αῖ θ' εἰ μην, lege αῖ θοι μην
77. pro λιωσιῶν, lege λιωέσων. s. lanarum, à λιῶσ
- 77.b. pro ωαΐτῃ, lege ωαΐτῃ
- 79.a. pro ωλαταγλῶ, lege ωλαταγλῶ
79. b. pro μεσφασαλαγγῶνθ, lege μέσφασαλαγγῶνθ
- Ibid. pro βευτήδας, lege βευγήδας
- 80.a. pro πέφδων, lege πέφων
- Ibid. pro ἐπιχόμηνθ, ἀπιχόμηνθ
- 81.a. pro ξινάιον, lege ξεινάιον. tametsi et sic ferri potest
- 82.a. pro κύρκοι, lege κίρκοι
- Ibid. pro αῖ ακτοι, legendum αῖ ακτῇ
- 83.b. pro ἡρμωσε, lege ἡρμοσε
- Ibid. οσαι lege, pro οσαι
- Ibid. lege σωδώνιδος, pro σωληρ.
- 84.a. αῖ γείροισι lege, pro αργείροισι

85. h. pr

C A S T I G A T I O N E S.

85. b. prò κτάμιν, lege κτάνον
 89. a. σκίλλης lege, pro χίλλης
 Ibid. κρημνοῖς lege, pro χρημνοῖς
 Ibid. πελέοντθ lege, pro πὲ λέοντθ
 89. b. μετεχρονίη lege, pro μεταχρονίη, sublimis
 90. a. καλαύροπα lege, pro καλάβροπα
 92. pro λικέω, δικέω lege
 207. b. pro ἄρηθ, lege ἄρηνος, ostium Nili
 93. b. ἄλων lege, pro ἄλον
 95. a. lege ἥλιστα, pro ἥλυστα
 96. b. aut legas, ἔχωδ' ἢ παῖ τα νοῦσα; aut, ἔχει
 δ' ἢ παῖ τα νοῦσας
 97. a. pro διωκή, lege δύλωπέ μήν
 101. lege ἀλικάνη, pro ὀλικάνη.

Suspectæ lectiones, ac
 lubricæ.

- Pag. 13. ἀλώκη corruptum opinor, forte pro ἀλω-
 eis, contra analogiam
 20. ἀρρήνης legitur. Tu uide, num legendū ἀρρή-
 τος. cū subiectatur, Τὸ μὲν ἡρός αὐτοῦ ἀεὶ εἴη
 22. a. εἰδει legitur, fortassis pro εἶλον
 23. εὖθροον, fortassis εὖθροον legendum, pro sono
 rum, ob tinnitus, crepitumq;
 37. b. ἡδὲ διὰ αὐτῆν. Tu uide num legendum ἡδε,
 ipsaq; per illas uolauit
 31. a. ζώον ἀνάγειτο. legendum puto, aut ζώος,
 aut ἀνάγειτο

C A S T I G A T I O N E S.

- 47.b. ὅτι δίκαιοι. Tu uide, num ἡλί potius legendū
 48.b. ὅτι οὐρανος μάκρε. Similiter uide, num εἰσο
 potius s. petit 64. ἀλλι, forte ἀλλι
 70.b. πᾶλε legitur, sed refragante sensu. forte
 πᾶλαι legendum, ut sit uersus Lagarus. Simi
 lis curiositas infrā pag. 91. εἰσόψεοδε, pro αι.
 nisi maiis τὰ λε legere
 74. Βαθέης, forte Βαθέοις. nam Βαθέος, pro
 fundus. Vide Stephanum καὶ Τεῦ Ταφέ φη
 75. ἥδε, fortassis ἡ δέ, ut accipiatur de Medea
 76. b. ηχτόμψιατον, compositum est poeticum,
 quasi dicas oculare. Quanquam etiam καὶ sepa
 ratim ὅμψια legi potest
 102.b. pro αἰέχεθε, forte αἰέχεται legendum
 78.b. περπρήθιεων. De hac uocenō habeo quid
 coniectem, siue legendum περπρεθνών, seu
 περπρηθνέων. Indicet diligens lector
 79. pro παρέχατον, forte πανέχατον legēdum
 97. μέλιον. rectius forsitan μέλιον, pro μέλεον, à
 malo. s. pomarium
 99.a. μελάγχυμον, forte pro μελάγχεμον, quod
 in Rheso Eurip. pro profundo et nigro acci
 pitur, nisi maiis μελάγχυμον.

Diuersæ lectiones.

- Lib. i. Pag. 6. παύεται γαρ ζῶον πορεῖται κλέσσοι.
 Did.lib. i. Iliad. παύεται δὲ πέραθαι επικλέσσοι.
 Apollon. πάλαι ἀπέκλυσον ἀλμη λέω ἦδι
 πλατα μῶν

C A S T I G A T I O N E S.

ωλαταμῶν δικέπιβαλλε θάλασσα.

Theon interpres Aratí.

Λέα ἄνδης ωλαταμῷν δικέπιβαλλε κύ-
μασι, χειμόρινδ' ἀπέκλυσι ἀλμή.

Παροιμιακὰ usurpata à poeta.

Pag. 25. a. Proverbialis uersiculus, ἀλλὰ τὰ μὲν
τὰ λάχους ἀφωλάγξειν ἀοίδης

25. b. proverbialis uersus, ὃ τὸ ἐπὶ τοῦτον ἐπὶ Θ', ὃ τὸ
ἐπὶ τοῦτον. Weddž/noch ein anders.

Ibid. 25. b. Θυμὸν ἔσθων, proverbiale est

31. b. ἀτέμαντος κέαρ. s. ferreū cor. proverbiale

Ibid. πικρὴ αὐλαγή, proverbiale

33. b. proverb. ἐπεὶ φάε Θ' οὐ νῦτοι τόσοις

35. l. proverbialis uersus, ὅσν εἴπερ ὑπόγειον Θ'
οἵκαδ' ἵκιπλιν Ich wolt als fro sein/
als w. min ich heym kām.

38. proverb. γαρ φασκέν εἴδειδαο σώεσσαι

38. b. proverbiale, εἰ γέ ξμελλον ηλειωμελεῖσι
σκυόμενον θακέσσαι

Ibid. δοῦ εἴπειδι εἴδειδαο βρέθρων

44. b. αὐλαμῷπή, proverbiale

62. a. οὔσον αδεί Θ' ζεῖν ἐμεῖο, proverbialis uersus

62. proverbiale, φύλεν τῷρπνόντε πέτυπτε

75. b. αἴδειπον θέλει καὶ δρῆσον

77. a. proverb. οὐ χροσὶ ἴσχειλιν (Toto pede

93. b. proverbialis sententia, ἀλλὰ γαρ. Proverb.

96. a. proverb, πρλέων δέ πε μῆ πις αρέιων

CASTIGATIONES.

99. ὡς γαρ τις ἀρχοπίκη θεατόιο
 101.b. ἐκ τὸς δρῶν περάων. Et paulo post, νῶτος
 βελέων
 103.b. ἐτόθεξε πεπόθε, Non jar zū jar
 102. ἐπέγρεται δὲ Ιαλούσκνόσον ἀμυχανέον-
 τος ὅπη φόροι.

Syncopata duriusculē.

- Pag. 15.b. αὐτομήνοιο, pro αὐτομήνοιο. dura conci-
 sio. Et pag. 36. Et 72.b
 Similis est pag. 16.b. Βώσεθε, pro Βιώσεθε
 28. πέρμοθ, pro πέρμαχος, in capite
 40.b. πέρμον, Syncopa
 54.a. ἐκλεον pro ἐκάλεον uidetur, uel à κλέω
 66.b. φίλαρτο, pro φιλήρατο
 90.b. Et Schol. ἔξατον, pro ἔξαρτετον, Syncopa
 91. πότνα, pro πότνια
 96.b. αὐτόμηναι, pro αὐτομήναι
 97.b. ρώσατο, pro ρωσάσατο
 168. Schol. ωφέθεισεν, pro ωφεθόρισεν
 His addendū ἡλθύω, p. ἡλθύσω. pag. 87. a. Phabor.

GENVS APOLLONII RHO-
 dij, Argonauticorum autoris.

A Pollonius poeta, qui Argonautica con-
 scriptis, genere Alexandrinus, Sillei filius:
 us: ut aut quidam tradunt, Illei, e Ptole-
 maica tribu: natus Ptolemæorum temporibus,
 Callimachi discipulus fuit, & primū cum Cal-
 limachio

V I T A.

Ilimacho præceptore suo uixit: tandem ad scribenda carmina animum appulit. Hic dicitur, cum adolescens etiamnum Argonautica publi cè recitasset, atq; ea improbata essent, nō ferens ignominiam apud ciues & probrum, & cæterorum poetarum calumnias, relicta patria comigrasse Rhodum: atq; ibi ea correxisse & ex poliuisse, atq; ita ostendisse, et insignem laudem esse consecutus. Quapropter etiam in poematis se Rhodium perhibet, nam ibi & nobilitate discipulorum floruit, & honores ac ciuitatem Rhodiorum est adeptus. Ac genus quidemeius hoc modo se habet. Argonauticorum autem Apollonij argumentū huiusmodi est: Tyro, Sal monei filia, quum ex Neptuno Neleum & Peliam peperisset, postea nubit Cretheo Aeoli fi lio: & ex eo suscipit Aesonē, Pheretem & Amythaonem. Ac ex Aesone quidem nascitur Iason, è Pherete Admetus, ex Amythaone Melampus. Iason Chironi educandus traditur, & in medicina erudiendus, cum pater eius Aeson regnum fratri Peliz̄ reliquisset: eumq; imperare Thessalię iussisset, donec Iason à Chirone reuer teretur. Apollo autem Peliam oraculo monuerat, ut caueret eum, qui uno duntaxat calceo indutus, adueniret fore enim, ut paulo pòst ab illo interficeretur. Iason cum adoleuisset, profici scitur ad patris fratres, consors & ipse paterni regni futurus. Cum autem ad Anaurum (qui Thessalię fluuius est) uenisset, & præteriturus esset, inuenit in ripa Iunonem anili specie: quæ cum trajectere uellet, nec auaderet tamē, astabat. Iason autem eam humeris impositam, incolu-

A P O L L O N I I

mem perfert, in medio flumine altero calceo in
cœno relicto. Sic urbem cum uno duntaxat cal-
ceo ingressus, publicæ celebritati interuenit, &
rei diuinæ, quam Pelias faciebat. Is igitur Iaso-
nem uno calceo indutum contemplatus, in ora-
culi memoriam redit. sed interficere ueritus,
certamen ei mandat his uerbis: In Scythia abi,
& aureum uellus affer, sic patrium regnum ob-
tinebis. Id uero mandabat, non quod uellus au-
reum requireret; sed quod putabat, eum pere-
gre ab aliquo sublatum iri è medio, aut in mari
naufragio peritum. Aurei autem uelleris hi-
storia talis est: Athamas Aeoli filius, Crethei fra-
ter, è priore coniuge Nephe!a duos liberos ha-
buit, Phrixum & Hellen. Nephe!a autem defun-
cta, secundam uxorem duxit Inonem: quæ pri-
uignis insidiata, induxit ciuium uxores, ut se-
mina frigerent. Tellus autem semente frixa ex-
cepta, annuas fruges non ferebat. Athamas igi-
tur Delphos misit, qui sterilitatis causam scisci-
tarentur: sed Ino legatos largitionib. corruptos
monuit, ut reuersi dicerent, respondisse Deum,
Phrixū & Hellen immolando esse, si sterilita-
te liberari uellent. Athamas igitur, qui uerum
id esse credebat, Hellen & Phrixum aræ admo-
uet: sed dij eorum miserti, per aurei uelleris arie
tem, eos sublimes abripiunt. Vnde Helle cum
sustinere se non posset, in Pontum, qui ab ea co-
gnomen accepit, decidit. Phrixus autem inco-
lumis in terram Colchicam peruenit: ibiç arie
tem loui fugitiuo, eo quod nouerçæ insidias ef-
fugisset, immolat, & Chalciopen Aet. & Scytha-
rum regis filiam uxorem ducit, atq; ex ea qua-
tuor

tuor liberos suscipit, Argum, Cytissorum, Melanem, & Phrontidem. itaque illic moritur.

Apolloniū uita aliter.

Apollonius poeta genere fuit Alexandrinus, patre siue Silleo, siue Illeo, matre Rhoda natus. Hic Alexandriæ Callimachi grammatici discipulus fuit. & cum conscripta haec poemata, publiceque ab eo recitata, ualde improbata essent, ignominiae pudore Rhodum se contulit: atque ibi uersatus, Rheticā docuit: unde Rhodium eum cognominarunt. Ibi igitur uitam agens, cum poemata sua expolita exhibuisset, magno pere celebratus est, adeò ut à Rhodijs & ciuitate donaretur, & honoribus afficeretur. Quidā autores sunt, eum Alexandriā reuersum, ostensis carminibus suis, summis euenctum esse laudibus: adeò ut & Musei bibliotheca dignus habeatur, & cum ipso Callimacho sepeliretur.

Annotationes è scriptis Luciliij Tarrhei, & Sophoclei, & Theonis, hic translatæ sunt. Est autem Tarrha Cretæ oppidum, autore Longino in Philologis.

NICOLAI M. PANICIATI IN Argonautica, ad discipulos Protrepticon.

Fert animus celerem pelago mandare carinam,
Dives ut aurato remeet cum uellere Phixi,
Stellantisque decus tandem mereatur Olympi.
In cœtum coeant, quis pedius laudis amore
Flagrat, in excelsum quos cuebit ignea virtus.

IN ARGONAVTICA

Delectos Heros opus concredere Ponto:

Non metus, aut languens cœptis ærumnæ resistat.

Palladium reduces patrijs nos sifet in oris

Numen, & horrificas pestes domitasse iuuabit:

Maior in angustis niteat cum gloria rebus.

Sed ne sollicitis ambagibus hæreat, huius

Nescia mens facti, paucis, aduertite, pandam.

Cura prior fabricare ratem: faber optimus ille,

Extruet unigenitæ monitis hanc Pallados, Argus:

Sic agilis tumida fulcabit Tethyos undas,

Sæua tridentigeri despectans numina regis.

Mens animi est Argoa ratis: solertia pernix

Hanc ope componit diuæ, que præsidet arcis:

Consilio fundata graui, discrimina mille

Sospes adit: picci non turbinis illa tumultu,

Non scopuli concussa minis: sed præscia sortis

Venturæ sibi fata canit, mox debita coelo.

Hoc sacra nauigio pubes penetrabit ad oras

Phasidos, & fulue precium sibi pellis adeptæ

Fortunæ incertos labentis negliget iclus.

Dirigat Agniades clavi moderamina Tiphys,

Innocuo accendens præcordia sancta calore.

Flammeus hic uigor est, cunctis torrentior actis.

Cuius ab artifici dextra nimbosus Orion,

Cyanæ cautes, uiolentaq; sidera cedunt.

Nam Pagasæa ratis tali uiduata magistro,

Penè oblitera sui, portuq; exire negabit,

Fœda situ torpore manus remorante paratas,

Tiphys adestr. studio flammati remigis usa,

Lubrica ueliuolam Pinus secat Amphitritæ

Hic Mariandynis appulsus mœnibus, atri

Sentiet infelix sisors Acherontis hiatus,

Et tenebras calor ille feret, si dextera præstò

Nobilito

P R O T R E P T I C O N.

Nobilis Ancæi, reparans flagrantia rursum
Spicula, flammuomi ne desit fomitis ardor.
Hac face perpetuò stimulatum mentis acumen
Utq; reditq; uias celebri spectabile cultu.

Præcipiat cunctis generoso uertice duxor
Aesonides regale potens: Chironis alumnus,
Pallentes medico depellat gramine morbos,
Non sanare piger sociorum tabida corda.
Hic rationis apex, qui nubila discutit ægris
Pectoribus, sceptroq; manum subnixus eburno,
Afflatus uarios freio et calcaribus arcet
Remigibus, factis et nomine uerus Iason.

Vos quoq; Tyndarides, iubar auxiliare, gemelli
Ferte pedem: confusa deis tumida æquora puppis
Transme et undisonos Nerei aspernata boatus.
Hinc pia relligio que lumina opaca serenat
Nubibus excusi, et ab omni marte triumphos
Læti refert: Iouis est natus, quicunq; uerenda
Cœlestes pietate colit: rutilantibus astris
Fulgurat intrepidos uacuus formidine sensus,
Si freta Bosphorei turbentur marmoris æstu,
Si tibi Bebryciae sœuus luctator barene
Pugnet, eris Lediæ stirps illabefacta, nec unquam
Exitio superis obnoxia dextra patebit.

Huc Boreæ suboles, geminum decus Orithyiae,
Præpetibus pennis patrio suspensa uolatu
Magnanimos ferat aerij nunc pectoris ausus.
Impetus alta petens hic est, qui proximus æthrae
Remigio alarum, pedibus mortalia calcat.
Stelligeram Zetes molem rimatur: at orbis
Fluxa premit Calais: feralibus ense corusco
Harpyis hostile ruant, Phineia donec
Mensa dapes impunè gerat, nec fercula turpis

Inquit

IN ARGONAUTICA

Inquiet illuies, dirarum hinc agmine pulso.
Si furis lustrata domus, tunc carmine Phineus
Fatidico prædictit iter, propiore Minerna.
Sordida sublimi cedet si corde libido,
Terreniq; fames census, curæq; sequaces:
Exempta im labe animus, iam simplicis auræ
Aethereum spirans ignem, diuina calore
Vaticino pandit ueri præsagia casus:
Tunc facile est tranare fretum Symplegados arcta,
Præcipuo candore uiam ostendente columba.
Mente pia Stygiæq; canes, et dira fugatur
Proluuios, hærentq; prius simul obuia saxa.

His comes accedens proles Aphareia Lynceus,
Luminibus tacitum trans æthera cernat acutis,
Tartareos uisu latices deprendere norit,
Astrorumq; uias hebeti monstrare magistro,
Decolor eripiet cum lucida sidera nubes.
Sit licet obtutu prudentia fulta sagaci,
Quæ rerum latebras celeri scrutante uigore
Concipiat, non ora latens, non deuia fallat
Orbita, nec cæcæ cautes, scopuliq; minantes:
Turbida si quando perculfos obruet umbra
Interfusa polo celsa de puppe, supernum
Explorans acies penetrabilis bauriat igrem:
Errantesq; gradus obliquo tramite, flectat
Incerti uario non prodita flaminis usu.

Si qua tamen portenta deum, si crine cometes
Prodigiale rubens, fusiq; ante ora cruores,
Et geminum sortita caput liuentibus extis
Hostia, ferales uolucrum tristri omne cantus,
Astraq; letifero exitiale minantia uultu
Terrificent animos: afflati Mopsus et Idmon,
Obscuras coeli ambages, casusq; sinistros

Expediant,

PRO TREP TICON.

Expediant, uotis auersa litare docentes
Numina, pacificumq; aris adolere uaporem.
Arcanis complexa uices Sapientia nobis
Insideat, pautante metu perterrita nunquam,
Non ignara sibi quid monstra latentia portent,
Erigat attonitas uana formidine mentes.

Quinetiam exhaustos iugi conamine nautas
Mellifluo uates modulamine mulceat Orpheus:
Lenumen præbere chelys Threissa laborum
Sueta, dehiscentes concentibus excitat artus.
Huic rapidos fistunt cursus montana fluenta,
Sylvestresq; feræ tranquilla silentia præstant,
Et nemora et uenti sidunt, auritaq; phagus,
Saxa, pecus, uolucres, plantæ, iuga, lustra sequuntur:
Et Phorcus, Phorciq; chorus, ueneranda canentis
Ora colunt, patuere feri quibus ostia Ditis:
Hoc fluitante salo, quisquis sua membra fatigat,
Dulcibus incumbat felix ante omnia Musis,
Si remeare cupit spolio rutilante superbus.

Vos ò Calliope, proles saluete Tonantis,
Aeternumq; meos et me sociate camœnæ:
Non nos fluchiagæ terribit Doridos ira,
Non uigiles curæ, non nox impensa labori
Pectora lassa dabunt: Colchos, Scythiamq; feremus,
Mitias si nobis adsint commercia Musæ.
Hinc tibi conspicuos mores, iucundaq; uitæ
Stamina sortiri dabitur, studiosa iuuentus,
Et nomen proferre diu per secla decorum.

Forfitan buc rapiet gressum Tirynthius heros,
Falsiparens, nimio tumefactus roboris audu:
Viribus immodicis si non moderabitur ille,
Remi perdet opem, dum nititur impete uasto;
Perdet Hylam, insanoq; ruens furibundus amore

Incepturn

IN ARGONAUTICA

Incepsum damnabit iter: per lustra, per undas
Quæsiturus Hylam, preciosi uelleris expers.

Temperies placeat, medio tutissima dicit
Semia, nec tonsam franges, nec latus abibis.
Syluaq; pestiferam nobis terrena ministrans
Luxuriem fit pulcher Hylas: cui pectore toto,
Dum deuotus ad's, si te fortuna rebellis
Orbabit, clamabis Hylam deperditus usq;
Donec erunt comites præda fu' gente potiti,
Effluct incassum tibi non reuocabile tempus.

Hæc delecta cohors impellere protinus Argœ
Consurgat, plaudente manu: nec cætera desint
Brachia, nobilibus quondam spectata periclis:
Virtutesq; aliae, quibus æthera scandimus altum.
Aequoreos tali facile est penetrare recessus
Præsidio, angustiæq; maris pugnania claustra
Ocyus, et Scythici perrumpere Phasidos ora.

Tunc senis Aeete regalia tecta subire
Concessum Minyis, et carpere iussa tyranni
Imperiosa trucis, dum præmia grandia poscent.
Aeterna quicunq; inhibat felicia lucis
Gaudia nancisci, uario certamine robur
Exploret, uiresq; suis: dein uictor ouabit.
At prius artificem Medeam pulcher Iason
Alliciat, thalamumq; paret spondere iugalem,
Si uelit ingenio discrimina adire potenti.
Consilium Medea sagax, quam ductor adeptus,
Multiplices uigili curas in corde reuoluit,
Et maturato molimine cuncta gubernat.
Phasis Aeæ solers armabit amantem
Carmine, cantatas et sedula suggesteret herbas,
Quis benè munitus prodibit Martis in aruum,
Aeripedes tauros efflantes naribus ignem

Eum: fictis,

PRO TREP TICON.

Fumificis, intacta prius compellat iniquo
Subdere colla iugo, manibus palearia mulcens:
Hinc celer insuetum ferro proscindet aratri
Aequor, & immensis tenuato uomere glebis
Sparget Echionij pro semine dentibus hydri:
Vipereis horrebit humus tunc foetibus, agmen
Hastatum fœcunda gerens, segetemque tremendam:
Terribilis uisu facies. At Colchidos herbis
In sua terrigenæ properabunt fata cohortes:
Fraternaque ruent per mutua uulnera coetus,
Vix etiam ætatis compleentes pensa diurnæ.

Namque ope consilij stabilitus maxima rerum
Expedies, mucrone sacro per regna Gradiui
Invictus bellator eris: flammatia monstra,
Eumenidumque gregem pressa ceruice domabis.
Digna per innumeras hinc ibit adoria gentes.
Cum bene cultus ager, cum mollior horrida tellus,
Nobile cum tuleris per postera secula nomen,
Fundetur paßim Lernæ germen echidnæ,
Liuoris numerosa lues, altissima semper
Qui petit, immitti certus fædere ueneno.
Consule Medeam, secreta cuius ab arte
Inuida progenies alterno corruet iclu,
In sua præcipites attollens funera dextræ.

Inde soporiferis declinet biantia succis
Peruigil ora draco, crista linguisque timendus
Tergeminis: marcore graui custodis omittat
Munia sopitus, nec credita uellera seruet.
Tunc celer auricomæ potietur tegmina pellis
Aesonides, nitidisque micans splendoribus Argo
Colchide suscepit repetet Pagaseidas undas,
Aemoniosque lares: patrio sed redditæ portu,
Sospes in æthereum conscendens protinus orbem;

Lumine

P R O T R E P T I C O N.

Lumine multifido terras lustrabit honoris
 Perpetuum specimen, p̄c & quam difundit labore.
 Corpore & sensus mclis sopire necesse,
 Quis l. bitum est arcere animam, ne diuitis auri
 Immortale decus, ne cœli præmia tangat.
 Hi uigilant, patulisq; genis uicere draconem,
 Dum sibi uenantur mille oblectamina uitæ,
 Exuiaq; uetant mentem affectare perennes,
 Quæ superum rescrant mortalibus aurea tecla.

At simul æterni uellus fulgoris, & almæ
 Indicium laudis, terreno carcere presso,
 Sustulerit celebri mens illustrata triumpho,
 In patriam zephyris plaudentia carbasæ pandet,
 Aspirante deo: propria quæ luce recepta,
 Laetior hinc longi precium certaminis astra
 Induet, ambrosiaæ dapibus saturata beatiss:
 Pluribus & stellis frontem redimita, coruscum
 Vibrabit spacio iubar delebile nunquam.
 Nunc age, uos iuuenes, tantæ uia nota salutis
 Dum patet, ac propius sunt præmia laudis honestæ,
 Maturate precor, socia uirtute, deiq;,
 Proga siduriq; choro, uentis date uela secundis:
 Vellere si Colchos uiduare paratis opimo,
 Inq; polo sedem post inclyta gesta locare,
 Desidice calcate moras: calcate pudendam
 Terroris faciem: scopuli, mare, flamina, tauri,
 Arma, draco, Syrtes, flammæ, sunt peruia fortis.
 Ardua magnanimis ductoribus omnia cedunt.



N I S.

APOLLONII RHO

DII ARGONAVTI-
corum Liber primus.



TE principiū Phœbe, pri-
scorum laudes uirorum
Memorabo, qui Ponti per os,
et petras
Cyaneas, regis mandato Pe-
liæ (lerunt Argo.

Aureū ad uelius probē instructam transtris impu-
Talem enim Pelias famā audiuit, quòd se in posterū
Fatū maneret triste: huiusq; uiri, quē cōspexisset
Publicè uno cum calceo, uirtute oppressum iri.
Diu autem non post tuum secundum pronuncia-
tum, Iason

Torrentis fluenta transiens pedibus Anauri,
Alterum quidem eripuit limo, alterum uero infrā
Reliquit ibi calceum, infixum in ostijs:
Venitq; ad Peliam ilicò, particeps futurus
Soleennis conuiuij, quod patri Neptuno et alijs
Fecit Dijs, Iunonem uero Argiam posthabuit.
Continuo aut hunc intuitus, intellexit, et certame
Imposuit ei navigationis pericolosæ, ut in ponto,
Aut alienigenas inter homines, redditu excideret.
Nauem quidem igitur, qui ante me fuerunt, cele-
brarunt poetæ,

2 A P O L L O N I I

Argum Palladis fabricasse admonitione.

Nunc uero ego genus & nomen explicabo

Heroum, uastiq; uada maris, queq; fecerunt

*Errantes : Muse autem auxiliatrices sint huius
poematis.* (quondam ipsa

2 *Primum nunc Orphei recordabimur, quem quidē
Calliope Thracensi fertur mista*

Oeagro, speculam Pimpliadē prope peperisse.

Verum eum referunt rigidas in montibus petras

Flexisse, Musarum cantu, fluiorūq; cursus.

Eagi aut̄ sylvestres, illius adhuc monumēta cantus,

In littore Thracensis Zonae uirentes

Ex ordine stant, quās ille prop̄ē

Delinitas cithara deduxit Pieria.

Orpheo quidem talem, suorum socium certaminū

Aesonides, Chironis mandato obsequutus,

Accepit, in Pieria Thracensi dominantem.

Venit autem & Asterion ilico, quem Cometa

Genuit, uorticosi ad aquas Apidanis,

Piresiae montem Phillæum prope habitans.

Ibi quidem Apidanus magnus, & ingens Enipeus,

Ambo confluunt, de procul in unum congressi.

Larissam autē post hos linquēs Polyphemus uenit

Ilatides, qui antea immanibus Lapithis,

Cum Centauros contra Lapithæ armarentur,

Iunior pugnabat: tūc uero ingrauescebant ei iā (te-

Mēbra, māsit uero adhuc animus Martius, uelut an-

Neq;

Neq; quidem Iphiclus Phylacæ diu relinquebatur 3
 Auunculus Iasonis. Sororem enim duxit
 Aeson Alcimeden Phylaceida, cuius ipsum inuitat
 Affinitas & cognatio, annumerari cœtui.
 Neq; Pheris Admetus ditibus imperans,
 Mansit sub specula montis Chalcodonij.
 Neq; Alopæ cunctati sunt locupletes Mercurij
 Filij, dextre gnari fraudum, Erytus & Echion.
 Ad hos tertius frater sequitur uenientes,
 Aethalides: & hunc quidem ad Amphryssi flumē,
 Myrmidonis filia Phthias genuit bellicosa.
 Illi autem nati sunt ex Meneteide Antianira.
 Venit & opulentā deserens Gyrthonē Coronus, 4
 Cænides, fortis quidē suo tamen non patre melior.
 Cænea enim uiuum etiamnum celebrant poetæ,
 Centauris perijſſe, quando ipsos solus ab alijs
 Fugauit strenuus: illi rursus animati (rare)
 Neq; ipsum euertere antea ualuerunt, neq; uulne-
 Sed infractus, immotus, subiit terram,
 Obrutus duris impetuose abietibus. (supra omnes)
 Venit autem rursus Mopsus Titaresius, quem quidē
 Latoides docuit uaticinia auium. (ludem)
 Venit et Eurydamas Ctimeni filius, prope autē pa-
 Xyniaden, Ctimenen Thessalicam inhabitauit.
 Præterea Actor filium Mencetium ex Opoente
 Vrsit, strenuis cum uiris ut abiret.
 Sequebatur uero Eurytion, et fortis Erybotes.

Filius hic Teleontis, ille Iri Actoridæ:

Videlicet ille quidē Teleontis, inclytus Erybotes:

Iri uerò Eurytion, una & tertius erat Oileus,

Præstans uirtute, & persequi à tergo (cohortes.

Egregiè sciens hostes, quando in fugā uersæ fuerint

5 Verū ab Euboia Canthus uenit, quē Caneibus

Misit Abantiades cupidum. non quidem erat

Reuersurus Corinthum redux: in fatis enim erat,

Ipsum simul atq; Mopsum, peritum uaticiniorum,

Errantes Libyæ in finibus occumbere.

Quām hominibus in mala facilimum incidere?

Quando & illos in Libya sepelierunt,

Tam longè à Colchis, quantum Solis

- Per medium occasus & ortus uidentur.

Post hos Clytius & Iphitus congregabantur,

Oechaliæ proceres, immanis Euryti filij:

Euryti, cui dedit arcum arcitenens. neq; fretus est

Dono: ipsi enim uolens certauit donatori.

Adhos Aeacidæ sequuti sunt, nō tamē simul ambo,

Neq; ex eodem loco. seorsim enim fugientes ha-
bitarunt

Aeginam, quando Phocum fratrem obtruncarunt

Imprudētia. Telamō aut in Attide habitauit insula.

Peleus uerò in Phthia domum habitauit separatus,

6 Hos post à Cecropia strenuus uenit Butes,

Filius bellicosus Teleontis, fortisq; Phalerus.

Alcon ipsum præmisit pater, non quidē adhuc alios

Senectutis

Sene^ctutis filios habuit, uit^aq; curas,
Sed in senectute genitum, & unicum existentem,
Emisit, ut fortis inter emineret heroas. (tus erat,
Thesea uero, qui supra omnes Athenienses celebra
Tænariam latens sub terram: uinculum detinuit,
Pirithoum comitantē per illam uiam, alioqui ambo
Faciliorem laboris finem omnibus dedissent.
Tiphys autem Agniades Syphæa liquit populum,
Qui est apud Thesspienses, egregius quidem turba-
tum præuidere

Fluctum maris lati, adeoq; uenti procellas,
Simul nauigationem à sole & astris coniectare
Ipsa eum Tritonia nobilium ad cœtum
Impulit Pallas: cum cupidis autem uenit. (Argus
Illa enim et nauē celerem fabricarat, cum ea autem
Fecit Arestorides, illius mandato:
Quare & omnium erat commodissima nauium,
Quæcunq; cum remigatione expertæ mare sunt.
Phlias autem post hos ab Arethyra uenit,
Vbi opulentus habitabat à Dionysio longè,
Patre suo, fontibus accola Asopi.

Ab Argo deinde Talaus & Areius, filij Biantis,
Secuti, inclytusq; Leodocus, quos peperit Pero
Neleis, qua pro discrimen subiit graue
Aeolides stabulis in Iphicli Melampus.
Neq; etiam uirtutem fortis Herculis
Audiuiimus, Aesonidem cupidum contempfisse:

a 3 Sed

Sed ut primum accepit famam confluentū heroū,
 Statim ab Arcadia Lynceum Argos contendens,
 Eam uia, qua uiuū asportabat aprum, qui in saltibus
 Errabat Lampeæ, Arcadicā iuxta uastam paludē,
 Quem quidem in prima Argiuorum concione
 Vinculis ligatum uastis ab humeris posuit: Esthei,
 Ipse uero suopte consilio, præter uoluntatem Eury-
 Impulsus, cum eo & Hylas uenit, fidelis minister,
 Puber iam spiculorum lator, custosq; arcus.
 Post hos diu uenit Danai proles,
 Nauplius re uera enim erat Clytonei Naubolidæ,
 Naubolum uero Lerni, Lernū quidem scimus esse
 Pretri Naupliadæ. Neptuno autem filia
 Ante aliquanto Amimone Danais peperit mista
 Naupliū, qui longè omnes superabat nautas. (bat
 9) Idmon postremus sequutus est, quotquot inhabita-
 Argos, et si peritus fati sui ab augurijs,
 Abiit tamen, ne populus sibi nobilis indignaretur.
 Neq; sanè ille erat Abantis uere, sed eum ipse
 Genuit nobilibus annumeratum Aeolidis
 Apollo: ille autem uaticinia docuit,
 Auguriaq; obseruare, atq; ignita signa explorare.
 Præterea Aetolis fortem Pollucem Leda,
 Castoremq; alipedū excitauit peritum equorum,
 A Sparta, quos illa ædibus in Tyndari
 Dilectos, partu uno enixa, neq; restitit
 Profecturis; Iouis enim digna egit thoris.

Ipsiq;

Ipsiq; Apharetiadæ, Lynceus, et magnanimus Ida,
 Ab Arena uenerunt, ingenti confisi robore
 Vtriq; Lynceus uero ad hæc acutissimis præditus
 Oculis, si modò uera fama est, illum uirum
 Facile et infra quæ sub terra sunt conspicari. (qui,
 Vna etiam Periclymenus Neleius excitatus est se- 10
 Maximus natu, quotquot ex Pylo oriundi,
 Nelei illustris. Neptunus autem ei uirtutem
 Tribuit immensam, qua quodcumq; optaret
 Pugnans, fieret in discrimine prælij. (Arcadia,
 Ad hæc Amphidamas, Cepheus' que uenerunt ab
 Qui Tegeam, et hæreditatē Arcadicā obtinuerūt,
 Filij gemini Alei: tertiusq; comitabatur eentes
 Angæus, quem pater Lycurgus amandauit,
 Amborū frater maximus natu. sed ipse quidem iam
 Grandæuum Aleum, relinquebatur in urbe, ut
 curaret.

Filium ergo suum fratribus adhibuit.
 Incessit autē ille Arcadicæ ursæ pellē, ancipitemq;
 Dextra uibrans bipennem ingentē. armæ enim illi
 Aius paternus Aleus in intimo abstrusit penetrali,
 Si quo modo cohiberet à proficiscendo.

Venit & Augeas, quem fama Eelij
 Esse. Eleis enim ille imperabat,
 Opibus præstans: mireq; cupiebat Colchicā terrā,
 Ipsumq; Aeetam uisere, principem Colchorum.
 Asterius uero, & Amphion, Hyperasij filij,

Pellenā egressī Achaica, quam quondam Pellas
 Auus condidit in crepidinibus littoris,
 Tænarum ad hæc linquens Polyphemus uenit,
 Quem sane Neptuno fortissimum aliorum,
 Europe Tityi magnanimi enixa filia.

Ille uir & ponti super cana currebat (tremis
 Vnda, neq; celeres tinxit pedes, sed paululum ex-
 Plantis madefactus, l. quida ablatus est uia.

12 Præterea alijs duo filij Neptuni sequuti:
 Videlicet urbem nobilis Miletii
 Relinquens Erginus, Samiæ uero solum Iunionis
 Partheniæ Angæus insolens: gnari ambo
 Cùm nauigationis, tum Martis erant.
 Oenides ad hos emotus Calydone,
 Fortis Meleager: superuenitq; Laocoön,
 Laocoön Oenei frater: non tamen ab una

Matre, sed ipsum serua peperit. hunc quidē Oeneus
 Iam senem, moderatorem filij Meleagri sui emisit,
 Eo quod adhuc adolescens strenuum subiit ceterum
 Heroum: quo nullum eminentiorem alium opinor,
 Præter Herculem, profectum esse, si adhuc solum
 Ibi manens annum inter nutritus fuisset Aetolos.

Atqui auunculus ipsum eadem uia, bene iaculo,
 Beneq; in stadio exercitatus repugnandi,
 Thestiades Iphiclus sequebatur abeuntem.
 Simul et Palæmonius, Lerni filius Calydonij:
 Lerni cognomine, natura uero Vulcani,

Eo quod

Eo quod erat pedem læsus. Cæterum corpore non
ipsum quisquam sustinuit, (meratus erat
Magnanimitatemq; reprehendere ille ex inter nu-
Omnes duces, lajoni honorem promoturus.

E Phocensibus aut sequutus est Iphitus. Ornithidæ
Nubolo prognatus hospes autem ei erat antea,
Quando abiit Pythonem, uaticinia perscrutatum
Navigationis: ubi ipsum suis dignatus est ædibus.

Zetes ite, Calaisq; Boreæ filij uenerunt, (thyia, 13
Quos quondam Erechtheis ex Borea peperit Ori-

In finibus Thraciæ asperæ, ubi certè hanc
Thracius Boreas rapuit ab Athenis,

Illi sum ante, in choro uerstantem:

Et ipsam abducens procul, Sarpedoniam ubi petra
Celebrant, fluuij iuxta fluuenta Ergini,
Obscuris domuit nubibus opperiens.

Illi autem summis plantis utraq; densas
Mouebant sublati alas, mirabile uisu,
Aureis squamis insignes. post autem terga,
A capite summo, ex uertice, hinc inde
Cæruleæ fluctuabant ab aura comæ.

Nequaquam etiam ipsius filius uoluit Acastus
Illustris Pelicæ, ædibus in patris sui
Manere: Argusq;, deæ suffragator Palladis:
Sed uoluit annumerari cœtui.

Tot Aesonidæ coadiutores congregabantur,
Quos optimates Minyas circumhabitantes

4 5 Vocabuli

Vocarunt sancē omnes, quoniam Minyæ filiarum
 Plurimi, optimi q; de sanguine gloriabantur
 Esse. Namq; ex ipsum Iasonem peperit mater
 Alcimede, ex Climene Meneide prognata.
 Cæterū ubi à ministris parata erant,
 Quibuscunq; adornantur promptæ intus naues,
 Vbi exegerit necessitas mare traijcere, (Actæ
 Tunc sancē contenderunt per urbem ad nauem, ubi
 Nobilitātū Pagaseæ Magnetides: circa aut populi
 Agmen accedētis simul confluebāt. illi aut fulgētes
 Stellarū instar inter nubes eminebant, sicq; quisq;
 Dixit intuitus cum armis irruentes: (citum
 Iupiter Rex, quid Peliae animi? unde tantum exer-
 Heroum, terra Thessalica emittit &
 Vno die ex regiam igne uehementi deleuerint
 Aeetæ, nisi ipsis uolens pellem cederet.
 Sed nō extricabile iter, et irritum studiū euntibus.
 Sic locuti per urbem hinc inde: ex ipsæ matronæ
 Frequenter admodum immortalibus ad astra ma-
 nus tendunt,
 Optantes reditus finem prosperum tribuere,
 Altera ad alteram lugebat lachrymas fundens:
 Infelix Alcimede, ex tibi malum, serò licet, attamē
 Venit, neq; peruenisti ad beatitudinem uitæ.
 Aeson contrā impendio miser: profecto q; ei esset
 Satius, si antè funeribus solutus
 Sub terra iaceret, malorū adhuc incius certaminū.

Quām

Quām uellē & Phrixū, cum periret virgo Helle, 15
 Vndam atram unā cum ariete mersisse. atqui uocē
 Humanam emisit infelix monstrum, ut aerumnas
 Alcimedæ à tergo, & dolores mille crearet.
 Illæ quidem sic locutæ, in progressu euntium.
 Iam uero & famuli crebri simul, atq; famulæ con-

gregabantur. (lor quamlibet

Mater uero circa ipsum exanimata, uehemēsq; do-
 Corripuit, unā & cū ipsis pater molesto præ senio
 Transparenter in grabato opertus deplorabat.
 Verum ipse illorum deinde mitigauit tristitiam
 Consolans, & famulis Martia arma adferre
 Mandauit, qui tacite mœsti ferebant.

Mater itaq; primū affusa ulnas filio,
 Sic adhærebat lachrymans affatim, ceu filia
 Solitariè blandè canam nutricem circumuoluta
 Lamentatur, cui non sunt amplius alij curatores.
 Verum sub nouerca uitam duram traducit,
 Quæ ipsam primū multis conuicijs exagitauit,
 Illiq; gementi districtum pectus intus calamitate,
 Nō potest explicare tantū luctū, quantū singultit:
 Adeò familiariter flebat suum filiū in ulnis habens
 Alcimedæ, & talē sermonē habuit cum diligentia:
 Utinam debebam illo die, cum depromente audiui
 Infelix ego, Peliam triste regem mandatum,
 Illico animam depositisse, dolorumq; obliuisci,
 Ut ipse tuis caris sepelijsses manibus

O fili

O fili mi. hoc solum reliquū adhuc erat beneficiū
Ex te, alia autem omnia modò præmia nutricatio-
nis contineo.

16 Nunc sane, quæ antea Thessalis ueneranda,
Serua tanquam suis deserta ero in ædibus, (sum
Tui desiderio macerata misera: quē propter immen-
Honorem & gloriā habebā ante, quē propter solū
Mitram solui primum & ultimum. adeò enim mihi
Lucina dea numerosum inuidit partum. (somnio
Hei meorum malorū: hoc quidem neq; fermè in in-
Opinata, quod Phrixus mihi malo fuisse elapsus.
Hoc pæcto illa plangens conquerebatur, ipsæ uero
feminae

Famulæ plorabant ex ordine. sed ipse hanc
Blandis uerbis mitigans affatus est:
Ne mihi tristes incutias mater curas
Admodum ualde, postquā non cohercueris à malo
Lachrymis, quin adhuc doloribus dolorē adieceris.

Mala enim perpetua Dij mortalibus tribuunt.
Quorum partem, in animo tristata licet, tamen
Aude ferre, confisa confœderationi Mineruæ,
Atq; oraculis: quoniam ualde dextra Phœbus
Vaticinatus est: cæterū deinde optimatiū præsidio:
Proinde tu quidem nunc hic cum famulabus quieta
Mane domi, neq; aus tristis sis nauis.

Illuc sequentur socij, famuliq; euntem.

Dixit, & impulsus ipse quidem ulterius ex ædibus,
Qualis

Qualis ē templo celebri it Apollo
 In Delo sacra, uel Claro, siue Pythone,
 Vel Lycia ampla, ad Xanthi fluentā: (clamor
 Talis per populi conuentū incessit. excitatus autem
 Acclamantiū, simul eū comitata quoq; ueneranda
 Iphias, Dianæ patronæ urbis, sacerdos: (cere,
 Atq; ipsum dextra manu osculata, neq; amplius di-
 Licet cupida, poterat, procedente turba:
 Sed ipsa relinquebatur ibi declināter, quippe grādis
 A' iunioribus, ille uero à multis progrediendo se-
 paratus.

Porro ubi urbis superbas deseruit uias,
 Actenq; ad Pagaseidā peruenit, ibi ipsum socij (tes.
 Exceperūt, Argonauticā simul ad nauē expectā-
 Substitit ergo in ingressu, illi aduersi cōgregabātur,
 Aspexerunt Acastum atq; Argum ab urbe
 Venientes, stupidi intuentes
 Cateruatim, Peliae præter uoluntatem incitatos.
 Pelle ipse tauri ad talos demissam indutus humeros,
 Argus Arestorides, uillis atram: sed hic pulchram
 Diploida, quam ei dedit soror Pelopea.
 Sed tamen quia dici singula
 Prohibebantur, eos ad concionem considere iussit.
 Ibi autem in conuolutis uelis, atq; malo
 Iacenti, admodum omnes ex ordine federunt.
 Inter illos Aesonis filius prudens uerba fecit:
 Alia quidem, quæcunq; ad nauem parare par est;

Omnia

Omnia bene, suo ordine instructa sunt proficisci
tibus:

Ob quod non diu impediāmūr huius cauſſa

A nauigatione, ſi ſolum aspirant auræ.

Sed o amici, cōmunis in Græciam reditus poſtea,
Communis nobis eſt ad Aeetæ peregrinatio.

Quapropter nunc optimum, nec ceſſantes, eligeſte
Ducem ueſtrum, cui ſingula curæ ſint

Certamina, paetaq; cum hospitibus ferire.

Sic locutus. Aſpexerunt iuuenes audacē Herculē,

Sedentem in medijs. Vno aut ipsum omnes clamore
Imperitare iuſſerunt: ille uero ibi, ubi ſederat,

Dextram manum extendit, aitq;:

Ne quis mihi hanc gloriam tribuat. neq; enim ego
Patiar, utq; et aliis ſurgat uetabo.

Ipſe qui conciuit, etiam præſit conuentui.

Sic fatus, altū sapiens, approbarunt aut, ceu uoluit
Hercules ipſe. bellicosus autem surrexit Iason

Lætus, taliaq; cupientibus infit:

Siquidem certè mihi dignitatem creditis curare,

Ne poſtea, quēadmodū et antè, intercipiātur uiæ,

Nunc ſanè nunc Phœbum placantes ſacrificijs,

Coniuium adornemus continuo, ut eant

Famuli mei stabulorum præſides, quibus cura eſt

Huc boves ē grege optimos agere, (omnia

Dum nauē deducere quidē in mare, instrumentaq;

Imponentes, ſortiri queatis per tranſtra remos.

Interim

Interim post eā aram littoralem Embasij
 Posuerimus Apollinis, qui mihi uaticinans recepit
 Significare, ostenderetq; uada maris, si sacris
 A seipso auspicarer, certans cum Rege.
 Sic fatus, & operi primū accinctus est. illi uero
 surrexerunt

Obsequentes, uestesq; alias super alias deposuerūt
 Plana in petra, quam non attigit mare
 Vndis, sed hyberna paulo ante eluit salsugo.

Nauem autem sedulo Argi mandatis
 Compingunt, in primis habili intus armamento,
 Extēdentes utring; ut aptè præparata essent clavis
 Ligna, & tempestate robur haberent obuium.

Effoderunt uero protinus in latitudinem, quantum
 cingebat locus,

Atq; in longitudinem, in mare quantum
 Tracta manibus progressura erat.

Semper tamē ulterius, humilius effoderunt
 Carina: holco uero teretes substrauerūt phalāgas.
 Hancq; decluem, inclinarunt in primis lignis,

Vt prolapsa per reliqua ferretur
 In alto sane utrinq; conuertentes remos,

Ansam extantem circum scalmis alligarunt. (te,
 Quos inter alternatim ipsi steterūt ex utraq; pat-

Pectora, simulq; manus intenderunt. inq; Tiphys
 Ibat, ut hortaretur iuuenes opportunè trahere,

Mandans clamauit admodum ualde. illi uero citò,

Suo

Suo robore confisi, uno protruserunt impetu
 Aō imo sedis. confirmabantur uero pedibus
 Vrgentes, ipaq; sequebatur Pelias Argo
 Facile ualde illi autem utraq; in parte acclamarunt
 impellentes.

Ipsae uero sub carina graui, gemuerunt phalanges
 Contritæ, circaq; ipsas densus emicabat fumus
 Pondere, inciditq; in pontum. illi uero ipsam rursus
 Retro inhibentes tenebant, ulterius tendentem.
 Scalmosq; circum remos disposuerūt, inq; ea malū,
 Carbaea benè iustructa, et uelum posuerunt.
 Atq; postquam singula sedulò dispensarunt,
 Transtra primum sorte partiti sunt
 Viri moderantes binis singula. medium quidem
 Elegerunt Herculi, et heroibus ab alijs
 Angæo, Tegeæ qui urbem inhabitabat.
 His medium solis transtrum reliquerunt,
 Sic non quicquam sorte tribuebant assensi, (re.
 18) Tiphyn benè ornatæ gubernacula nauis gubernac-
 Inde lapillos mare iuxta colligentes,
 Extruxerunt ibi aram Epactij Apollinis,
 Actij Embasij cognominem. statim autem illi
 Truncos aridæ strauerunt de super oliuæ.
 Interea ibi ab armento adduxerunt agentes
 Bubulci Aesonidæ duos boues. quos trahebant
 Iuniores sociorū aram prope. alij uero postea (son
 Cherniba, simulq; molas exhibuerūt. Cæterū la-
 Supplicabat,

Supplicabat, uocans paternum Apollinem:
 Audi Rex Pegasas, urbemq; Aesonida inhabitans,
 Nostri parentis cognominem, qui mihi pollicitus
 Delphis percontanti oraculum, perfectionem, fi-
 nemq; certaminum.

Ipse nunc age nauem cum integris socijs
 Illuc, adeoq; reducem in Thessaliā: qui sanè postea
 Ex tot quicunq; reuersi erimus, pulchra taurorum
 Sacra denuò aræ admouebimus, aliaq; Delphis,
 Alia deniq; ad Delum infinita dona feram. (sacrū,
 Nunc ergo uade, et hoc nobis arcitenens accipe
 Quod certè huius nauium, gratiam addimus nauis
 Primam. soluerim uero ô Rex cū intoffensa fortuna
 Retinacula, tuo cum cōsensu: aspirauerit aut aura
 Benigna, qua per pontum eamus sereni. (iuuencos
 Dixit, una cum uoto prochytas misit. illi autem ad
 Accincti sunt, Angæus magnanimus, Herculesq;
 Videlicet hic quidem clava medium caput secun-
 dum frontem

(ræ est.

Percussit, qui repentinus ibi collapsus, affixus ter-
 Angæus uero alterius latam ceruicem feriens
 Aerea bipenni, ualidos discidit tendines,
 Procubuit utrisq; pronus cornibus. (tergora,
 Hos uero socij mactarunt celeriter, nudarunt que
 Secuerunt, diuiseruntq; et sacras coxas inciderūt.
 Simulq; ista omnia opperiētes dēsē adipe, (dit libas
 Torrebāt super lignis fissilibus. ipse aut synceras su
 b' Aesonides,

Aesonides, lætabatur uero ignem aspiciens Idmon
 Vndiq; lucentem sacrificijs, ab eoq; fumum
 Rutulis flammulis suauem erumpentem.

Mox autem intrepidè mentem exposuit Phœbit:
 Vobis quidem fatum Deorū, necessitasq; peruenire
 Huc uellus ferentes: innumera tamen in medio
 Illuc hucq; sunt redeuntibus certamina.

Verum mihi mori, odiosi dæmonis fato,
 Procul alicubi, fatatum est, in Asiæ terra.
 Sic tristibus edoctus etiamnum, & antea, augurijs
 Meum fatum, patria exiui, ut inscenderem
 Nauē, gloria aut domi inscendēti mihi relinquatur.
 Sic certè inquit. iuuenes uero uaticinium audiētes,
 Reditu gausi sunt: sed dolor ipsis subiit, Idmonis
 ob fatum.

19 Cæterum ubi Sol calidum emensus diem,
 Ipsaq; iam à rupibus in umbrabantur arua,
 Pomeridianam occidente sub caliginem Sole,
 Tunc equidem iam omnes in arena profundum
 Stratum è folijs sternentes cano in litore, (bant
 Discubuerunt ex ordine: iuxta eos uero larga iace
 Fercula, & uinum dulce, promentibus è uasis
 Pincernis. deinde autem mutuo inter se
 Fabulabātur, qualiter multa iuuenes super mensam
 & inter pocula
 Suaniter nugabantur, cum odiosa iniuria absuerit.
 Tunc ibi Iason quidem perplexus in seipso
 Expendebat

Expendebat singula, tristanti similis. (Idas:
 Quē sanè ubi subodoratus, magna uoce oīurgauit
 Aeonida, quid tandem in mente consiliū ueras?
 Edissere in medio tuum animum. aut te impedit
 Timor obortus, qui imbelles uiros terret.
 Sciat nunc hasta ualida, qua præcellentem alijs
 Gloriam in bellis reporto: neq; enim me adiuuat
 Iupiter tantum, quantum me ista hasta, quo mi-
 nus malum

Noxium sit: neq; infectum certamen,
 Ida sequente, & si Deus reluctetur,
 Talem me ab Arena socium abducis.
 Dixit, & tollens plenum cratera ambabus,
 Bibit merum dulce uinum, rigabanturq; mero
 Labra, cæruleæq; genæ illi uerò fremuerunt
 Cuncti simul. Idmon autem & is liberé locutus:
 Infelix, uis male & ante ipsi, (animum
 Vel certè in nocumentum merum uinum audacem
 Incedit in pectoribus, Deosq; persuasit uilipēdere.
 Alij sermones consolatoriū sunt, quibus uir (disti.
 Animare possit socium: tu petulantia prorsus effu-
 Taliter fama & antea conuiciatos immortalibus
 Filios Aloidas, quibus neq; minimum æqualis es
 Strenuitate: attamē & uelocib. domiti sunt sagittis
 Ambo Apollinis, quamlibet fortes existentes:
 Sic fatus, prorupit in risum effuse Aphareius Idas, 20
 Ipsumq; irridens exceptit mordacibus:

A gedum nunc id tuis uaticinijs narrasti.

Si & mihi talem dij destinarent interitum,

Qualem Aloidis pater tuus destinauit,

Vide, ut manus meas uiuus euadas,

Fatum uaticinans uanum, cui Alous (processisset,

Succensisset cōuicians. Ulterius autem contentio

Nisi altercantes interminati socij,

Ipseq; Iason cohercuisset. Surrexit aut Orpheus,

Sinistra eleuans citharam, incœpit cantum,

Lusitq; quomodo terra & cœlum atq; mare

Primitus inter se, uno commista uultu,

Lite ex pernicioſa discreta ſint, ſeorsim ſingula:

Atque quomodo ſtabile ſemper in æthere ſignum
habuerint

Astra, Lunaq; & Solis uiæ, (resonantes

Montesq; ut exorti ſint: ac quemadmodum fluuij
Suis Nymphis, atq; reptilia omnia nata ſint.

Lusit etiā, quēadmodū primū Ophiō, Eurynomeq;

Oceanis, nuoſi obtinuerunt imperium Olympi:

Ac ſicut ui & potentia, ille quidem Saturno cefit
gubernacula,

Illa uero Rheæ, cecideruntq; in fluctus maris.

Quiq; tam diu immortalib. Dijs Titnaibus domi-
nati ſunt, (puerilia intelligens,

Quām diu Iupiter adhuc puer, adhuc in mentibus

Dictæa habitauit ſub spelunca, ipſiq; eū nondum

Terrigenæ Cyclopes munierunt fulmine,

Tonitruq;

Tonitruq; & fulgure, quæ certe Ioui decus addūt.
 Dixit, simulq; citharā cū immortali cōtinuit uoce.
 Illi uero insatiabiliter cessante etiam (scilicet Or-
 pheo) extendebant capita

Voluptate, adeò ipsis dereliquit suauem cantum.
 Neq; diu post miscentes libas, (fundunt
 Quemadmodum moris est; tandem linguis superin-
 Tostis, somniq; per tenebras, commones facti sunt.
 Atqui quando clara lucidis oculis Aurora
 Pelij excelsos uidit uertices, eq; uento
 Serenæ alluebantur commoti maris extremitates,
 Tūc experretus Tiphys, statimq; excitauit socios
 Inscendere nauim, atq; apparare remos:
 Terribiliter autem portus Pagaseius, atq; ipsa
 Pelias insonuit Argo, festinans abire.

In ea enim lignū diuinum impactū, quod per mediā
 Carinam Minerua Dodoneæ aptauit quercus.
 Illi transtra conscedentes ex ordine inuicem,
 Sicuti sortiti antea, remigare suo in loco,
 Aptè sua iuxta arma federunt.

In medio Angæus, ingensq; robur Herculis,
 Confedebant: prope uero ipsum clava posita erat,
 & illi infra

Pedibus subsidebat nauis carina, extendebanturq;
 Rudentes, & dulce uinum libarunt super mare. sed
 Iason

Tristis terra à patria oculos uertebat.

22 Porrò illi ceu iuuenes Apollini chorū, uel apud
Delphos,

Vel in Delo, aut deniq; ad undas Ismeni,
Instaurantes, ad citharam circum aram simul
Scitè uelocibus solum pulsauerunt pedibus:
Sic ad Orphei citharam feriebant remis
Maris procellosam undam, fluctusq; affluebant,
Cum spuma uirinq; atra subsultabat falsugo,
Horrendum murmurans, robustorum promptitu-
dine uirorum. (dentes)

Fulgebant uero sub Sole ignis instar nauis proce-
Arma, longi simul albescebant sulci,
Semita tanquam per uirentes apparens campos.
Omnes autem de cœlo prospexerunt superi eo die
Nauem, & semideorum uirorum promptitudinem,
qui tunc fortissimi

Pontum triajcibant, inq; summis Nymphæ
Peliades uerticibus, admirabantur contemplatæ
Opus Mineruæ Itonidis, atq; & ipsos
Heroas manibus quatientes remos.

Ipseq; ab excelsomonte uenit ad mare
Chiron Phillyrides, canoq; fluctus in litore
Tingebat pedes, multaq; graui manu mandans,
Reditum precatus est, feliciter lætum euntibus.
Vna & cum eo coniunx, in ulnis gestans
Peliden Achillem, dulci patri ostendit. (litus,
Illi ergo ubi tandem portus circumfluū reliquerūt
Scientia

Scientia atq; consilio prudentis Agniadæ
 Tiphys, qui in manibus benè præparatum scitè
 Clavum tenebat, ut tutò dirigeret:
 Tunc sanè ingentem malum inferuerūt Mesodmæ, ²³
 Ligaruntq; protonis, extendentes utrinq;
 Diffundebant ibi uela, ad Elacaten subtrahentes.
 Interimq; stridula incidit aura, in tabulatis funes
 Ligneis fibulis strictè applicantes, (montorium.
 Tisæum tranquilli longum præternaigabant pro-
 Illis autem cithara canens concinno modulabatur
 Oeagrides, patronam nauis Eupatereum (carmine
 Dianam, quæ istas speculas maris tuebatur,
 Seruans et terram Thessalicam: ipsiq; è profundo
 Pisces emicantes super mare unà simul cum paruis
 Magni, per liquida uada subsultantes sequebantur.
 Veluti quando ruralis post uestigia Ducis (bulo,
 Innumeræ agnæ sequuntur, affatim saturatae pa-
 In ouile: ille autem it præ, fistula canora
 Dulce modulans pastorale carmen. sic certè illi
 Sequebantur, ipsam uero subinde crebrior urgebat
 Statim autem nigra fertilis terra Thessaliæ (aura.
 Reijciebatur, Peliacasq; legerunt rupes
 Cōtinuò procedētes, subiqtq; Sepias promontoriū.
 Emergebat uero maritima Sciathos, emergebatq;
 Piresiæ, Magnesaq; planum terræ (procul
 Litus, et monumentum Dolopeium: quò sanè illi
 Vespertini, uenti retro flatu appulerunt.

Ac ipsum uenerates sub crepusculū, Entoma pecorū
 Cremarunt, commoti mariſ ad æſtum, geminumq;
 in litoribus

Diem defederunt, Cæterūm tertio soluerunt
 Nauem, extendentes ingens in alto uelum.
 Hoc litus Aphetas Argonis adhuc uocitant.
 Inde autem ulterius transibant Melibœum,
 Ripamq; litusq; aſperum uentis, intuentes.

- 24** De mane uero Homolen illico cernentes, (diu
 Ponto inclinata, præternauigarunt. neq; prætereæ
 Cunctati sunt, fluij præterlabi Amyri fluenta.
 Illic apertas, sonorasq; ualles
 Oſſæ & Olympi confipati sunt: sed postea
 Radices Palleneas, Canastræū super promontoriū
 Legerunt nocturni, flamme uenti currentes.
 At qui manè pergentibus, Atho emicuit mons
 Threicius, qui tantū de procul Lemnū existentem,
 Quantum ad meridiem expedita nauis ire,
 Summo uertice in umbrat, & usq; ad Myrmen.
 Illis aut eodem die spirabat, & usq; ad noctē, aura
 Prorsus admodum spirans, extentaq; uela nauis.
 Sed cum Solis radijs, uento deferente, (sunt:
 Remigatione aſperam Synteida ad Lemnum delati
 Vbi simul uniuersus populus iniquitate coniugum
 Crudeliter deletus est, præterito anno.
 Iam enim legitimas respuerant uxores
 Viri exosi, conceperuntq; propter captivas
 Vehementem

Vehementē ardore, quas ipsi abduxerūt ē regione,
 Thraciā populātes: quoniā grauis ira insequebatur
 Veneris, eo quōd honoribus admodum diu præter-
 O miseræ, inuidæ turpiter, insatiabiles. Cūssent,
 Nen solum illis suos obtruncarunt maritos
 In lecto, uerum etiam uniuersum masculinum genus

simul, ut retro

Nullum tristis cædis pendere cogerētur suppliciū.
 Sola tamen ex omnibus uenerando pepercit patri, 25
 Hypsipyle Thoanti, qui sanè in populo Rex erat.
 In arca caua ipsum super mare misit ferri,
 Si effugeret. Et hunc quidē ad Oenonē eripuerūt.
 Prius, cæterū Sicinum postea dictam
 Insulam, pescatores, à Sicino, quem Thoanti
 Neias Oenoë Nympha genuit mista.
Quibus autem cura boum, ære aq; induere
Arma, fertilesq; scindere terras,
 Gratius omnibus Mineruæ erat studijs,
Quibus semper antea studebant: sed tamen
 Certè frequenter spectarunt ad latū oculis æquor,
 Pauore tristi, quando Thraces uenirent. (Argone,
Quare posteaquā ppe Insulā remis adactā uiderūt
 Protinus cum impetu extra portas Myrines,
 Bellica arma induitæ, ad litus prouerbāt, (uentare
 Bacchis furentibus similes. putabāt enim forte ad-
 Thracēses. Ipsa etiā unā cū illis Thoātias Hypsipyle
 Ingressa est, in armis patris, desperationēq; hærebāt

b 5 Mutæ:

Mutæ: tantus eas metus inuaserat.

Interea uero ibi ex naue optimates præmiserunt
Aethaliden præconem expeditum, cui curare
Legationes, & sceptrum mandarunt Mercurij,
Sui parentis, qui ei memoriam tribuerat omnium
Diuinam: neque postea sanè, licet prætereūtis, A-
cherontis

Vortices inexcusabiles, in anima cadebat obliuio.
Sed ipsa cōstanter semper alternans è fatis accepit,
Nunc inferis annumerata, nunc ad iubar
Solis, uiuos inter homines. sed quid uerba

Aethalidæ opus me indefinenter facere? (nientes
Qui sanè tūc Hypsipyle demulxit, suscipere adue
Die excuso ad uesperam: neq; tamen de manè
Retinacula soluerunt nauis, ob flamina Boreæ.

Lemniæ autē mulieres in urbe consederunt, conflu
In cœtum: ipsa enim mandauit Hypsipyle. (entes
Et quando sanè ferè omnes simul congregatae,
Statim ipsa inter illas incitata dixit:

Agedum ô charissimæ, gratissima munera demus
Viris, qualiaq; par est nauigantes in naui habere,
Commeatum, nec non uinum dulce, ut penitus ex-
tra muros

Maneant, neq; nos propter indigentia cōuenientes
Verè cognoscant, malaq; ad plures dimanet
Fama. Quoniam infandum facinus designauimus,
neq; quidem prorsus

Gratum

Gratum & ullis hoc erit, si resciuerint.
 Nostra quidem nunc talis est sententia.
 Vestrūm autem si qua melius uerbum nouerit alia,
 Surgat: cuius sanè & caussa huc conuocauit.
 Sic fata, atq; in solio resedit patris sui
 Saxeo. exinde cara nutrix impulsa Polyxo,
 Præsenio sanè curuis subclaudicans pedibus,
 Baculo firmās gradū, egregieq; prōpta erat loqui:
 Cui etiam uirgines quatuor prop̄ se debant,
 Innuptæ, albis pubescentes capillis.
 Stetit autem in medio cœtu, eleuauitq; ceruicem
 Paululum, uix incuruo dorso, sicq; dixit:
 Munuscula quidem, uelut ipsi placet Hypsipylæ,
 Demus hospitibus. Deinde & melius eligere,
 Vobis quidem quod consilium fruendæ uitæ,
 Si grauauerit Thracensis exercitus, seu quis aliis
 Hostiis, ueluti multa inter homines sunt,
 Ac quemadmodū iā, hic cœtus improuise aduenit.
 Si uero Deorū quispiā auerterit, alia tamen retro, 27
 Innumera, bello superiora mala, manent:
 Quando uenerandæ quidem interierint fœminæ,
 Iuiores autē tristem ad senectutem peruenerint,
 Quo pacto tūc uicturæ estis miseræ? an profundis
 Spontanei iuuenci, uobis coniugati aruis,
 Terrisecam per nouale trahent stiuam?
 Et reuoluto anno spicam metent?
 Profectò quidem ego, etiam si me modò horruerint
 Parcæ,

Parcæ, in proximum opinor tamen annum
 Terram iniectum iri, exequiarū partem auferentē.
 Ita sanè fas est, calamitatē p̄œoccupare.
 Tenerioribus aut̄ penitus hæc cōsideranda mādo.
 Iam enim profectō ante pedes obuium est remediū,
 Si credideritis domos, possessionemq; uniuersam
 Vestram, peregrinis, adeoq; claram urbem tueri.
 Sic fata, in concione autem implebatur turba. Pla-
 cuit enim ipsis

Consiliū. sed post hanc statim rursus excitata est
 Hypsipyle, & tale interpellanter uerbum fecit:
 Siquidem sanè omnibus arridet hæc sententia,
 Modò ad nauem nuncium emandauero.
 Infis sanè, et Iphinoë appellauit, propius existente:
 Surge mihi Iphinoe, uirum eum orans
 Ad nostrā uenire, quicunq; nauigij huius dux est,
 Ut ei populi uocem gratam referam:
 Et ipsos in terram & urbem, si uoluerit,
 Inuita audacter, appellere amicos. (pulsa est ire.
 Dixit, & dimisit concionē: postea uero ad suā im-
 Postquam autem & Iphinoe ad Minyas uenit, illi
 interrogauerunt
 Causam, quam' nā uolens aduenisset: statimq; illos
 Omnes simul, uerbis affata interrogantes:
 Filia certè me misit Thoantias hic euntē (terit,
 Hypsipyle, accersere nauis primariū, quisquis exti-
 Ut ei populi sententiam gratam exponat,
 Ipsosq;

Ipsosq; in terram & urbem, si uolueritis,
 Iubet illicò nunc ingredi amicos.
 Ita certe fata est, cunctisq; humanus placuit sermo: 28
 Hypsipyleñq; intellexerunt, mortui Thoantis
 Vnicam filiam, reginam esse. statimq; ipsum
 Ablegaruntq; ire, adeoq; illi adornabantur abire.
 Cæterū ille circū humeros, Deæ Tritonidis opus,
 Duplicem purpureā accommodabat, quam ei dedit
 Pallas, quando primum Dryochos imposuit nauī
 Argonis, et ad amissim docuit transtra metiri.
 Cuius facilius in solem orientem
 Oculos intendas, quām illum intuearis ruborem.
 Etenim media quidem subrubra erat,
 Summa uero purpurea tota fuit. In qualibet
 Ora, ingeniosa multa egregie benè picta erant.
 Inerat quidē Cyclopes, in immortali sedētes opere,
 Loui fulmen Regi fabricantes: quod tamen iam
 Fulgurans erat, unoq; adhuc carebat solo
 Radio, quem illi ferreis cuidebant
 Malleis, sœui ignis feruentem flammam.
 Inerantq; Antiopes Aesopidos filij duo,
 Amphion & Zethus. sine turribus adhuc Thebæ
 Iacebāt prope, quarū ipsi recēs iecerāt fundamēta,
 Intenti: Zethus quidem in humeris baiulauit,
 Montis excelsi in uertice laboranti similis:
 Amphion uero post ipsum, aurea cithara cantans
 Iuit, Bis tanta autē post uestigia sequebatur petra.

Deinceps.

Deinceps uero expressa erat prolixis capillis Cy-
Martis gestas habile scutum, ex quo ei humero therea,
Ad cubitum laevum, iunctura nudata erat uestis,
Infra sub mamilla, ipsaque contraria uerè omnino
Aerea imago, in scuto apparebat uideri.

- 29** Inerant et boum densa pascua. iuxta autem boves
Teleboe pugnabant, et filij Elec्तronis,
Hi quidem resistentes, sed illi uolentes spoliare
Prædones Taphij, horum sanguine undabat pratum
Humidum, plures que paucis uim intulerunt pasto-
ribus.

In quo duo currus expressi certantes, (quatiens
Quorum, hunc quidem coram Pelops aurigabatur
Habenas, cum eoque erat Paræbatis Hippodamia:
Illum uero in currendo Mirtylus incitabat equos.
Cum quo Oenomaus, protensa hastam tenens,
Axe in fistulis effusè fracto
Excidit, incitatus Pelopeia terga transfodere.
Quin et Apollo Phœbus sagittis petens inerat
Adolescens, nondum grandis erat, soluentē calyptre
Matrem audacter Tityon ingentem, quem peperit
Ioui Elara, nutriuit uero ac denuo peperit terra.
In et Phrixus erat Minyeius, sicut sane uero
Audiens arietem, ille sane loquenti similis:
Istos intuens curaueris à mendacio animum,
Existimans ueram aliquā ab ipsis audiuisse (fueris.
Famam, quod et diu propter opinionem admiratus
Talia

Talia certè dona Deæ Tritoniæ erant Minefæ.
 Dextra uero cœpit hastā lögē ferientē, quam Ata-
 Alacris obuians, impendiò enim cupiit sequi, (lanta
 In Mænalo, pridē ipsi uice hospitalis muneris dedit
 In uiam. sed tamen ille ultrò retinuit puellam:
 Metuit enim duras contentiones, amoris caussa.
 Perrexit uero ire ad urbem, splendentistellæ par.
 Quam in pulchris conclusæ thalamis
 Nymphæ conspicatæ sunt, domos supra ortam;
 Et ipsis liquidum per aera oculos afficit
 Pulchrè micans: gaudet autem, sponsum
 Spōsa desiderās, inter alienigenas existentē (tes.)
 Viros, cui eī ipsam despontatā domū deducūt parē
 Huic similis, ante urbem per uiam incedebat heros.
 Ac quando per portas in urbem uenerunt,
 Populariores quidem retrò aetæ mulieres,
 Lætæ ob hospitem: Ille in terram oculos figens,
 Incessit intrepidè, donec ad magnificas domos per.
 Hypsipylæ referantq; portas uiso famulæ, (uerit
 Bifores, pulchris concinnatas tabulis.
 Ibi ipsum Iphinoe, in throno splendenti
 Studiose superbam per porticum, locauit ducens,
 E' regione tamē heræ: quæ deorsum oculos mittēs,
 Virgineas rubefacta genas, attamen hunc
 Erubescens, uerbis affata est blandis:
 Hospes, cur manētes aliquādiu extra mœnia (urbs, 30
 Seden frustrà, postquam à uiris minùm habatur
 Sed

Sed Thracensis inquilini terræ
 Fertilia arant aruas afflictionem autem omnem
 Referam uerè, ut bene sciatis ex ipsi.
Quando Thoas ciuib[us] pater meus præerat,
 Tunc Thracum illorum, qui è regione habitant,
 E' uulgo moti populi uastarunt caulas,
 Ex nauibus, cum ipsis immensam prædam puellis
 Huc auexerūt. Iratæ aut Deæ parabatur cōsilium
 Veneris: illa ipsis maximam immisit calamitatem.
 Iā enim legitimas quidē aspernabantur, eq; ædibus,
 Suæ dementiæ indulgentes, ejiciebant uxores:
 Cæterum cum mulierculis bello captis cubuerunt,
 Miseri, sanè diu quidē tolerauimus, si quando rursus
 Tandē transmutaret animum: sed geminatū semper
 Malum abominandum processit, ignomintaq; affe-
 cerunt liberos (soboles.)
 Legitimos in domibus, atque illegitima suscepta est
 Passim autem innuptæ puellæ, uiduæq; ad has,
 Matres in urbe negligenter uagabantur:
 Neq; pater uel minimum suæ sat agebat filiæ,
 Etsi oculis pulsatam confpexisset
 Nouercæ manibus protervæ: neq; à matre
 Iniuriam, sicuti antea, indignam liberi arcebant:
 Neq; sororibus soror curæ erat ex animo,
 Sed sole mulierculæ captiuæ intra penates,
 Inq; pompis, in foro, conuiuijsq; curabantur: (ciam.
 Donec Deus aliquis nobis magnanimā iniecit auda
Iterum.

Iterum reuersos ē Thracia, non amplius mēnibus
Excipere, ut aut resipiscerēt, ueluti par: aut aliō for-

Cum ipsis captiuis proficiscentes abirent. (tē

Illi autem ubi exegissent puerorum genus, quantū

erat residuum, (diernum,

Masculinum, ad urbem redierunt: ubi adhuc in ho-

Thracensem arationem niualem inhabitant,

Quocirca uos diuertimini populares. si uero hic

Durare uolueris, et placuerit equidem postea,

Patris mei Thoantis habueris munus: neq; insuper
te suspicor

Terram reprehensurum esse. prae enim alijs fertilis

Insulis, Aegaeæ quotquot in mari inhabitantur.

Proinde age, nūc ad nauē profectus comitib. narrā

Verba nostra, neq; extra maneas urbem.

Dixit, dissimulans cædis euentum, qualis accidit,

Viris. Cæterū ipse Iason uicissim respondit:

Hypsipyle, equidem in gratam incidisse possemus

Indigentiam, si nobis tui egentibus suppeditaueris,

Eo ergo redux iterum ad urbem, ubi singula

Exposuero ritè. gubernatio autem curæ sit

Tibimet ipsi, simulatq; insula. ego uero nō respuens

Cedo, sed me dura cogunt certamina.

Sic fatus, et dextram attigit, statimq; uero

Perrexit ire. circum uirgines aliunde aliæ

Innumeræ glomerabantur lætæ, donec portis

Egressus, exinde uolubilibus plaustris

Ad litus contenderunt, hospitalia munera plurima
ferentes.

(rasset,

3² Sermonem postquam iam omnem diligenter renar
Quē, ea quæ accersiuit, mandauerat Hypsipylea,
Ac ipsos hospitijs caussa, ad suas domos duxerunt
Facile. Venus enim dulcem amorem instillauerat,
Vulcani gratia industrij, ut rursus
Inhabitaretur postea, integra uiris Lemnus.

Ibi ipse Hypsipyles regiam ad domum incitatus est
Aesonides: alij uero, quō deuenit quisq;
Hercule excepto. is enim apud nauē relictus erat,
Ipse uolens, pauciq; delecti socij.
Illicò autem urbs choreis, conuiuijsq; perstrepebat,
Fumo odorato plena: præterq; alios
Immortales, Iunonis filium, nec non & ipsam
Venerem, cantibus libaminibusq; demulcebant.
Ac recrastinatio in diem usq;, de die erat,
Nauigationis. diuq; cessassent ibi manentes,
Nisi congregans socios seorsim à mulieribus
Hercules, talibus increpans dixisset:
O' miseri, à patria consanguineus sanguis separat
Nos, an nuptiarum indigentes huc uenimus?
Illinc fastidientes ciues, isthic autem placuit
Habitantes, pinguem culturam Lemni secare?
Non equidem celebres cum illegitimis feminis
Erimus, sic diu clausi: neq; insuper uellus,
Ulro dabit quispiam diripiens Deus optantibus.

Eamus

Eamus rursus quisq; ad suauillum uero in thalamis
 Hypsipyles finite, per totum diem, donec Lemnum
 Fueris locupletauerit, insignis' que ad ipsum gloria
 peruererit. (quisquam sustinuit

Hoc modo obiurgauit cœtum: contrarios autē neq;
 Oculos attollere, neq; proloqui,
 Sed paſſim ē concione congregabātur ire (lexerūt,
 Accelerantes: illæq; ad ipſos cucurrerunt, ubi intel
 Non aliter, quam quando circa flores elegantes su- 33
 furrant apes,

Petra effusæ aluearenſi, circum autem pratum
 Rosidum arridet, ipſæ uero dulcem alibi alium
 Fructum colligunt, uolantes. sic sanè iſtæ
 Familiariter uiros circum flentes fundebantur,
 Manibus ſimul atq; uerbis, salutabant quemlibet,
 Supplicantes Dijs, in columem redditum tribuere.
 Postq; aut & Hypsipyle precabatur manus nacta
 Aesonide, ipſæq; ei fluebat lachrymæ, desiderio
 abeuntis:

Eas, & te Dij cum in columibus rursus ſocijs,
 Aureum Regi uellus, referant, abducentem,
 Eo modo ut uolueris, utq; libet. ipſa uero in ſula,
 Sceptraq; patris mei aderunt, ad quam et retro
 Tandem reuersus uelis iterum abire,
 Facile tibi ipſi et innumerum congregabis populum
 Alijs ex urbibus. sed non tu eam ſententiam
 Habebis, neq; ipſa praeuideo ſic futurum.

Memento quidem, absens licet, attamen et redditius iam, (equar

Hypsipyles: relinque uero nobis consiliū, quod ex-
Prompta, sic ubi certè me Dij uoluerint eniti.

Hanc autem Aesonis filius admirans affatus est:

Hypsipyle, haec quidem utinam decentia fiant
Ex Dijs. Tu uero de me mentem meliorem

Concipe, eo quod patriam mihi satis Peliae caussa
Inhabitare, modò me Dij liberent periculis.

Si uero non mihi in fatis est Graeciam reuerti,

Procul renauiganti, tuq; masculum enixa fueris,

Ableges ipsum, ubi adoleuerit, Pelasgicum in Iolcū,

Patriq; meo, et matri, doloris remediū, si modò illos

Offenderit adhuc superstites, ut dupliciter hoc re-

Suis oblectentur ciues in ædibus. (ge

34 Dixit, et cotendit ad nauē prior, eodē modo et alij

Sequuti optimates, receperuntq; manibus remos,

In ordine sedentes: sed retinacula ipsis Argus

Soluit à petra marina. tunc tandem illi

Pulsari t aquam, prælongis certatim abietibus.

Vespertini uero, Orphei consilio appulerunt

In insulam Electræ Atlantidis, ut experti

Sacra blandis sacrificijs mysteria,

Securiores horridum trans mare nauigarent:

Quorū quidem neq; ulterius meminero. sed et ipsa

Insula tamen ualeat, atq; qui sortiti mysteria illa

Dij incolæ: ista enim non fas commemorare.

Uihinc

Illinc remigatione Melæ per profundum mare
Contendentes, hac quidem Thracensium terram,
illac uero eam quæ ex aduerso est

Imbrū habebant: de super recens quidē Sole (runt.
Submerso, Chersonesum ad pminentem peruenit
Hic ipsis leuis flabat Notus, uelaq; uento
Exponentes, puellæ Athamantidis dura fluenta
Ingressi sunt. mare uero alterum quidem, quod de-
super relictum erat,

(torio)

Mine: alterum uero nocturni Rhœteio in promon-
Emensi, Idæam ad dextram terram habentes,
Dardaniā uero linquentes, appellebantur Abydo.
Percoten post hanc, & Abarnidis arenosum
Litus, admirandamq; transferunt Pityæam.

Atq; equidem illi nocte utrinq; naui pergente,
Vortice æstuantem, peruerserunt Helleßpontum.
Est autem quædam excelsa in Propontide insula,

35

Paululum à Phrygiæ fertili terra

In mare porrecta, quantumq; remurmurat Isthmus
Contineti uicinus, undis q; percutitur: inq; ei Actæ
Geminæ iacent, super fluuum Aesapi,

Arctum ipsas uocant montem circumhabitantes:

Atq; hunc quidem iniurijs, sœuiq; incolunt

Terrigenæ, memorabile miraculum uicinis uisu:

Senæ enim singulis manus temerariæ dependebat,

Quæ quidem à robustis humeris duæ, subtus uero

Quatuor vastis lateribus adaptatae.

Isthmū rursus, campumq; Doliones circū habitabāt
 Viri, inter quos scilicet heros Aeneius filius Rex e-
 Cyzicus, quem filia illustris enixa Eusori (rat
 Aenetae. his aut neq; quippiā, truces licet existētes,
 Terrigenae nocuerunt: Neptuni auxilio,
 Ex quo erant primitus Doliones prognati,
 Huc Argo appulit citata uentis
 Thracensibus, cōmodusq; portus excepit incitatā.
 Illic & pro anchora exigū lapidē, postquā extra-
 Tiphys consilio, ad fontem reliquerunt, (xissent
 Fontem ad Artaciam. alterum uero cæperunt, q con-
 Grauem: uerū illum oraculo Apollinis (gruebat
 Nelidae postea Iones dedicarunt
 Sacrum, ueluti moris est, Iasoniae in Mineruae.

36 Hos familiariter Doliones, atq; ipse
 Cyzicus obuiantes, quando nauigium atq; genus
 Audiuerunt, qui nam essent, hospitio exceperunt:
 Atq; ipsis remigratione persuaserūt ulterius progres-
 Vrbis in portu, retinacula nauis alligare, (sos
 Egressori-
 us Apollo. Vbi illi Ecbasio aram posuerunt Apollini,
 Instaurantes, in litore sacræ rei operam dabant.
 Dedit autem ipse Rex uinum dulce egentibus,
 Pecoraq; simul. etenim ei erat fatatum, si quando
 adpelleret
 Virorum nobilium diuinus cœtus, continuo ei
 Comiter occurrere, neq; belli curam habere.
 Primum iam illi effloruerunt lanugines barbae,
 Neq;

Neq; adhuc pueris gloriari sorte euenerat:
 Sed illi adhuc domi immunis erat coniunx
 Dolorum, Meropis Percosij nata,
 Clite speciosa: hanc nuper à patre
 Splēdida dote duxit ex ea regione, quæ contrà sita.
 Quin postq; thalamū reliquit, et thorū spōsæ Juæ,
 His deinde conuiuum adornauit, excusitq; sollici-
 tudines ab animo. (cet hic quidem ipsos
 Inter se autem interrogarunt alternatim. uideli-
 Percontabatur nauigationis causam, Pelieq; māda
 Illi uerò circūhabitantiū urbes, et sinū totum (ta:
 Vastæ peruestigarūt Propōtidis. neq; tamē omnino
 Noverat commemorare, cupientibus scire. (et ipſi
 Manè uerò ascensu superāt excelsum Dindymū, ut 37
 Contemplarentur uada eius maris, interimq; sane
 reliqui

Nauem è Chyto portu priore mouerūt stationem.
 Hæc autem Iasonia dicta uia, quam inierant.
 Cæterū Gigantes ex altera parte à monte exorti,
 Obstruxerunt ampli Chyti os sub petra
 Ponticū, tanquā ferā capturientes intus existentē.
 Verū ibi relictus erat, cum uiris iunioribus,
 Hercules, q; profecto ipsis recuruū statim intendens
 Arcum, alium super alium admouit terræ. ipsi uerò
 Saxa abrupta corripientes iaculabantur.
 Iam enim et forte ista, Dea aluit ferocia monstra
 Iuno, Iouis coniunx, in certamen Herculi.

Simul autem et alij quasi reuersui, incidentes,
 Priusquā concendiſſent ſpeculam, cōmiferūt cædē
 Cum Gigantibus, heroes bellicosi, nō tam sagittis,
 Quām hastis excipientes, donec omnes

E' contrā indeſinēter cōcitatōs euerterent. (cuſſa,

38 Nō ſecus, quām ubi longa ligna in uere ſecurib. per
 Fabri lignarij ex ordine in litore proſternunt,
 Dum ſuſceptiuā durorum ſunt cuneorum;
 Sic illi in ſuperficie portus cani proſtrati ſunt
 Ex ordine, alij quidem ad falſam glomeratim aquā
 Mergentes capita & pectora, manus autē deſuper
 Terræ intendentēs; alij uero litoris
 Capita quidē arenis, pedesq; profundo inſigebāt,
 Vtriq; ſimul auibus & pifcibus eſca fuēre.

Heroes, ubi iſpis tuta contingebat uictoria,
 Tunc ſanē retinacula nauis propter ſpiramina uēti
 Soluentes ulterius, per maris & quor nauigarunt.
 Iſaq; cucurrit uelis totū diē. minimē uero, incideſte
 Nocte etiā, progressus māſit ſtabilis: ſed procellæ
 Aduerſae, raptim retro egerūt, donec appropinqua-
 Iterum hofpitibus Dolionibus, egressiq; (rent
 Iſta nocte: Sacra uero dicitur etiamnum petra,
 Quām circum retinacula nauis adacti iecerunt,
 Neq; quiſquam iſpam iſulam exactē cognoscebat
 Eſſe, neq; etiā præ nocte Doliones denuo reuersos
 Heroas uerē agnouerunt, uerūm forſan uirorum
 Macronum arbitratī Pelasgicum robur appuliſſe.

Quo-

Quocirca et arma induit, cōtra ipsos manus sustutumq; conserebat hastas, & scuta mutuò, (lerūt,
Vehementi similes impetui ignis, qui arbustis
Aridis illapsus furit. tumultus autem
Grauis, insanusq; Dolensi incidit populo.
Neq; ipse (scilicet Cyzicus) pugnæ super fatum, 39
rursus erat

Domū ad nuptiales thalamos, thorumq; reuersurus:
Quin illum Aesonides, uersum rectā contrā se,
Pulsauit adortus mediū pectus. circum aut ab hasta
Os sauciatum est, ipse in arenis solutus,
Fatū expleuit. Hoc enim licet euitare nequaquam
Mortalibus, quod passim circū ingens ambiat uallū.
Sic hunc, qui uidebatur amaram extra noxam
Esse Argonautarum, ipsa sub nocte impediuit
Pugnantem cum illis, multiq; opitulatores alij
Ceciderūt. Hercules quidem interfecit Teleclēm,
Atq; Megabrontē, Sphodrynlq; interemit Acastus,
Peleus autē Zelyn adoriebatur, belloq; fortē Ge-
Sed strenuus Telamon Regem occidit. (phyron.
Idas uerò Promēa, Clytius Hyacinthū obtruncat,
Tyndaridae gemini Megalossacea, Phlogiumq;
Oenides post hos confecit audacem Itymonea,
Nec nō & Artacea antesignanū uirorum: quos ad
Incolæ honoribus diuinis celebrant. (huc omnes
Alij uerò fugientes tremuerunt, ueluti accipitres
Impetuoso turmatim tremunt columbæ,

Per Regē pr
trem Cyzici
intellige.

Ad portas tumultu ruebat densi. statimq; clamore
 Implebatur urbs, luctuosæ fuga pugnæ,
 Mane autem tristē atq; irreparabilē intellexerunt
 Errorē utriq; uehemēs aut̄ dolor corripuit intuētes
 Heroas Minyas, Aeneium filium antē
 Cyzicum, in puluere & crurore iacentem.

Dies itaq; tres cōtinuos plāgebāt, uellebātq; crines
 Ipsi simul, populiq; Doliones. Cæterū postea
 Ter circum æreis dupliciter armis rotati (mina,
 Sepulchro iusta exhibuerunt, celebraruntq; certa
 Prout fas est, in campo uirenti: ubi etiamnum
 Exaggeratū est illud monumentū posteris uideri.
 40 Neq; equidē neq; coniunx Clite extinti relinque
 Suum maritum post: maloq; tristius aliud (batur
 Ausa, nec tens laqueum ceruici. hanc autē & ipsæ
 Nymphæ exanimatam Alseides deflerunt:
 Et ei ab oculis quæcunq; lachrymæ defluxerunt in
 terram.

Omnibus ex istis fontē fecerunt Deæ, quē uocant
 Cliten, infelicitis, illustri nomine, sponsæ.
 Acerbissimus quidem ille Doliensibus foeminis,
 Virisq; ex Ioue dies illuxit. neq; enim ipsorum
 Sustinuit quisquam uesci cibo: neq; diu,
 Præ dolore, rei panariæ recordabantur:
 Sed omnino incocta, traducebant uitam, edentes.
 Vbi etiam hodie, cum anniuersaria sacra fiunt,
 Cyzicum inhabitantes Iones, constanter semper
 Vulgaris

Vulgaris molæ panes molunt.

Ex tunc sanè horridæ excitatæ sunt procellæ,
Dies simul noctesq; duodecim, ipso sq; illinc
Soluere detinuerunt. Sequenti autem nocte,
Alij sanè antè oppressi dormiebant
Somno, optimates in supremo lecto: sed Acastus,
Mopsusq; Ampycides, suauiter dormiētes custodie
Ipsa autem supra flauum caput Iasonis (bant.
Volat Alcyonis, acuta uoce uaticinans
Finem excitatorum uentorū : intellectq; Mopsus,
Litoreæ auis gratam uocem audiens, (batq; super
Atq; hanc Dea (scilicet Juno) rursum auocauit, sedē
Nauali tabulato puppis, lapsa. (ouium
Ipsum uero ille recumbentem in mollibus pellibus
Mouens, excitauit propè, & ita dixit:

Aesonida, oportet te ipsum templum aggressum,
Dindymi asperi & vīgoꝝ, placare
Matrem omnium Deorum. cessabunt autem uenti,
Vehementer flantes. talem enim ego modò uocē au
Alcyonis marinæ. quæ dormientem supra (diui
Te circum circa, singula pronuncians uolauit.

Ex enim hac uenti, mare, in imoq; terra
Vniuersa continetur, altumq; solium Olympi.
Et ei, quando ex montibus magnū cœlū concendit
Iupiter ipse Saturnius, cedit locum: sicut etiam alijs
Immortales Di, potentem Deam circū sequuntur.
Sic locutus est: Illi uero gratus sermo fuit audiēti-

Excitatus

Id est, poten-
tem: nisi ma-
lis legere
vīgoꝝ.

Excitatus è grabato lætus, expergeficitq; socios
Omnes festinans: ac ipsis experrectis,
Ampycidæ Mopsi uaticinia exposuit.

Statim autem iuniores quidem è stabulis insecuri,
Inde ad excelsum egerunt boues montis uerticem.

Aly uero soluentes Sacra retinacula petra,
Remigarunt ad portum Thracensem. adeoq; et ipsi
Ascenderūt, pauciores socios in naui relinquentes.
Illi autem Macriades speculæ, & porta ulterior
Thraciae, in manibus ipsorum aperiebatur uideri.
Apparebat & nebulosum os Bosphori, atq; iuga
Mysiæ. ex altera uero fluuij unda Aesepi,
Vrbs & campus Nepeius Adrasteæ.

Erat aut quidā densus truncus uitis, innatus syluæ,
Penitus annosus: illum quidem resecuerunt, ut esset
Deæ montanæ sacrū simulacrum: expoliuit uero
Affabré. ac sanè ipsum in eminēti cacumine (Argus
Constituerunt, fagis coopertum summis,
Quæ profectò omnium altissimè radices egerant.

42 Aramq; hinc de cumulo aceruarūt lapillorū: circū
Coronantes quernis, iam sacrū curabāt, (aut folijs
Matrem Dindymeam uenerandam inuocantes,
Indigetem Phrygiæ, Titiamq; simul, Cyllenumq;,
Qui soli ex multis sacrificuli atq; assessores,
Matris Idææ uocati sunt, quotquot erant,
Dactyli Idæi Cretenses: quos olim nymphæ
Anchiale, Cretensi in spelunca, ambabus,

Attrectans

Attrahens manibus terram Oeaxidem, genuit.
 Multum autē ipsam precibus auertere tempestates
 Iason obsecrabat, libans sacris
 Incensis, simulq; iuuenes Orphei mandato
 Tripudiantes Betarmon armatum saltarunt.
 Et scuta ensibus instrepebant, ut clamor
 Dirus impediretur in aere, quem adhuc populi
 Funeri Regis gemebant: unde perpetuo

Rhombo & tympano, Rheam Phryges placant.

Ipsa autē fermē puris mentem adhibuit sacrificijs

Rhea Dea, istaq; conuenientia monstra fiebant.

Arbores quidem fructū effundebant copiosum, circum autem pedes

Spontanea producebat terra uirentis flores herbae:

Feræ auem latibula, lustrāq; deserentes,

Caudis blandientes accesserunt. insuper & aliud

Dedit monstrū. Nam nequaquam prius aqua fluebat

Dindymus, sed ipsis tunc scatebat fitibundo paſſim

Ex uertice, perpetua, Iasoniumq; uocabant,

Illam aquam, fontem incolæ uiri postea. (Arcton,

Et tunc sane conuiuiū pro Dea fecerunt montibus

Laudantes Rheam ter uenerandam, atq; sub aurorā

Cessantib. uetus insulā reliquerūt remigationibus.

Tunc contentio uirorum quemlibet Argonautarū
 excitauit,

Qui ceſſaret nouissimus. Circum enim cœlum

Tranquillum stravit procellas, compositq; pontū.

43

Illi

Illi ergo tranquillitate confisi, impulerunt ulterius
Nauem, ui illam nequaquam per mare concitatam:
Neq; Neptuni alipedes adprehendissent equi.
Attamen excitato fluctu à uehemētioribus uentis,
Qui iam ex aquis sub uesperam eleuabantur,
Vexati, continuò cessabant. Verū ipse hos,
Totis uiribus laborates, attrahebat uirtute manū
Hercules, quassauitq; aptata ligna nauis.

- 44** Verū quando Mysorum cupidi terræ (nis,
Rhyndacida ostia, magnumq; promontoriū Aegeo
Paulum ex Phrygia, præterlegerunt inspicientes:
Tunc Janè retrò diuidens uehementis undæ fulcos,
In medio fregit remū. Cæterū frustū aliud qdē ipse
Ambabus manibus habens, cecidit obliquus: aliud
Meruit fluctib. ferēs. sedebatq; tacite (uerò pontus
Suspiciens: manus enim insuetæ quiescendi.
Quando autem ab agris uenit fossor, uel arator,
Libenter in stabulum suum, coenæ egens,
Ipsi autem uestibulo lassata genua flectit,
Squalidus pulueribus, attritas autem manus
Intuens, mala multa imprecatus suo est uentri:
- 45** Tunc illi deuenerunt Cianeæ sedes terræ,
Ad Argantonæum montem, ostiāq; Cij.
Illos quidem benignè Myfi ac humaniter uenientes
Exceperunt, incolæ eius terræ, et uiaticum ipsis,
Pecoraq; egētibus, ac dulce uinū largè præbuerūt.
Hic deinde alij quidē ligna arida, alij uerò mollem
Materiam

Materiā foliorū è pratis ferebant, copiosam metētes
 Ad sternendum; illi circum ignita occupabantur.
 Hi uero unum crateribus miscuerunt, instruxeruntq; conuiuum;

Ecbafio sacrificantes sub crepusculum Apollinię
 Verum ille conuiuari socijs ubi mandauit,
 Iuit ire ad syluam, filius Iouis ut remum
 Sibi ipsi maturaret habilem parare.

Inuenit postea abietem errans, neq; admodū multis
 Grauatam ramis, neq; ualde uirentem,
 Sed qualis longæ ramus est alni,
 Tāta simul in longitudinē et crassitudinē erat uisu.
 Statim uero sagittiferā quidē in terrā posuit pharetrā.
 Ipsis cum spiculis, exuitq; uellus leonis: (tram,
 Illam uero ipse ferrea clava, campi quatiens
 Ex imo, ambabus circū truncū corripuit manibus;
 Robore fretus, latumq; humerum inclinavit,
 Fortiter occupans, è soloq; profundarum radicum
 licet existentem,

Complexus euulsi, cum ipsis impedimentis terræ.
 Quemadmodum quando improviso malum nauis,
 Hybernum sœui occasus est Orionis, (cū præsertim
 Ex alto irruens, subita uenti procella,
 Ipsis cuneis à rudentibus excussit.

Sic ille ipsam extraxit. simul autē arcus & sagittas, 46
 Pelleq; recipiēs, ac clavā, retrouersius conatus est
 Interea autē Hylas, ærea cum urna à cœtu, (redire.

Querebat

Quærebat fontis sacram undam, ut ei aquam
Præueniret hauriens cœnalem, aliaq; omnia
Expeditè sedulo pararet uenienti.

Etenim ipsum talibus rudimentis ille fouerat,
Infantem primum ex domibus patris auferens,
Diuini Thiodamatis, quē inter Dryopas interemit,
Crudeliter ob bouem arantem, obstantem.

Quippe ille noualis iugera secuit aratro,
Thiodamas tristitia affectus: uerū ipse huic
Bouem aratorem iussit tradere non uolentem.

Venabatur enim oacasionē, belli Dryopib. inferūdi
Tristē, eo quod nihil æquitatis obseruātes inhabita-

47 Sed hæc qdē procul aberrauerint à proposito. (rēt.
Citius aut̄ ille ad fontē transierat, quē appellarunt
Pegas, propinqui inhabitatores ipsiq; forte tunc,
Nympharū habebātur chori: curæ enim omnibus,
Quotquot illic amcenum Nymphæ amnem iuxta
habitarunt,

Dianam nocturnis subinde celebrare cantilenis:
Tum illæ quidem, quæ uertices montium sortitæ,
nec non antrum: (cedebant:

Tum illæ quoq; quæ mōtanæ, de procul ordine in-
Quæq; recens ē fonte emersit limpido,

Nympha Ephydatia. Hunc autem forte confexit
Forma, et blandis nitentem Gratijs.

Simul enim ei, plena ab æthere spectans,

Erat Luna, illiusq; mentem terruit,

Venus,

Venus, impotentia autem uix collegit animum.
 Cæterum ille ut primū undæ urnam immersit,
 In obliquū inclinatus, circum multa resonuit unda,
 Aes in sonorum infusa, statimq; ipsa,
 Læuum quidem super ceruicem
 Osculari cupiens tenerum os, sed dextra
 Cubitum traxit manu, medio iniecit alueo:
 Hunc autē heros uociferantē audiuit solus sociorū:
 Elatides Polypheμus, progressus longius per uitam;
 Quærebat Herculem ingentem, quando ueniret.
 Iuitq; insecutus fontes prope: ceu quædam fera
 Agrestis, ad quam sanè uox de lōgē peruenit ouīū;
 Fame furens accedit, nec tamen potitur
 Grege, antea enim ipsi in septa opiliones
 Venerant, illa uero ingemiscens fremit plurimum
 donec laborat: (gemebat, circum autem locū;
 Eodemq; modo tunc profecto Elatides uehementer 48
 Oberrabat eiulans, miseraq; ei erat uox.
 Illico aut̄ distringēs ualidū ensem, impulsus est ire,
 Ne quo modo aut feris rapina fieret, uel sibi homi-
 Soli existēti insidiarētur, abducerentq; prædā(nes
 Ibi ipsi obuius factus in itinere Herculī, optatam.
 Nudum librans manu gladium, postquā uero eum
 agnouit.

Festinante ad nauem, per caliginē, continuò cladē
 Exposuit funestam, commotus anhelitu in animo:
 Inselix, iristem dolorem primitū referam;

Nō enim Hylas ad fontē egressus, incolumis denuō
 Sed eū latrones uinculis illaqueātes ducūt, ueniet,
 Aut bestiæ nocuerunt: ego enim clamantē audiui.
 Sic dixit. Illi audienti à temporibus largus sudor
 Fluebat, aterq; sub uisceribus feruebat crux,
 Excandescensq; abietem in terrā abiecit, atq; uiam
 Eam abiit, qua pedes ipsum ferebant incitatum.

49 Non aliter, quam quando aliquis ab cestro percitus
 fertur taurus,

Prata deserens, palustria loca, neq; pabulum,
 Neq; armenti curā habet, perficitq; iter nunc irre-
 Nunc consistēs, et latā ceruicē extollēs, quietus,
 Emittit mugitum infesto iectus cestro.

Sic incitatus nunc quidem robusta genua mouebat
 Indesinenter, nunc uero iterum supersedens labore,
 Procul penetrabile, magna clamauit uoce.

Statim autem summa superauit cacumina stella
 Matutina, uentiq; redierunt, illicoq; Tiphys
 Inscendere hortatus est, fruiq; uento. (nauis
 Illi ergo inscenderunt protinus cupide in alto, atque
 Anchoras ubi soluissent, reuocarunt retinacula;
 Eleuataq; uento uela in medio, longeq; à litore
 Læti ferebantur, præter Posideū promontorium.

50 Quando autem de cælo grata resplenduit aurora,
 Tūc illos primū senserūt, negligētia se deseruisse.
 Inter aut ipsos magna cōtentio orta, interq; tumul-
 Magnus, nū præstantissimo posthabito abirent(tus
 suis

Suis ex socijs ille uerò (f. Tiphys) tristitia attoni-
Neq; insuper tale uerbū plocutus est, neq; tale (tus,
Aesonides, sed sederat graui præ clade (dixit:
Mentē rōdens. Telamona tamen corripuit ira, sicq;

Sedes ita quietus, scilicet: sanè aptum erat

Herculem relinquere. ex te autem consilium est,

Vt illius gloria per Græciam minus te obscuraret:

Vtinam dij darent faustum in patriam redditum.

Sed quid uerbis opus? Nam & seorsim à socijs

Discedo tuis, qui hunc dolum una machinati sunt:

Dixit, & Agniadē Tiphyn adortus, ipsi q; ei oculi

Scintillæ rutili ignis tanquam flagrabant.

Et profectò iterū retro Mysorū ad terrā relegissent

Aequor superantes, uentiq; continuum flatum,

Nisi Thracensis duo filij Boreæ

Aeaciden acerbis cohervissent uerbis,

Irritabiles: certe q; ipsis tristis ultio erat post, (erūt.

Manib. sub Herculis, quod ipsum regrete prohibu-

In certaminib. enim Peliae defuncti, iterū reuersos

Teno in circūflua obtruncauit, et exaggerauit ter-

Circum ippos, cipposq; duos desuper posuit, (ram

Quorū alter (admiratio insignis hominib. uidere)

Mouetur sonoro à flatu Boreæ.

Atq; hæc ita erant post tempus futura.

Illis autem Glaucus è stridenti mari erupit,

Nerei diuini prudens uates.

Altè uerò hirsutum caput, & pectora tollens,

Ab imo ex lateribus robusta apprehendit manū
 Naualem temonem, & clamauit festinantibus:
 Cur contra magni Louis tentatis consilium,
 Aeetæ urbem abducere audacem Herculem.
 Argis illi fatum est, impio Eurystheo
 Supplere perfungēti duodecim laboribus, si adhuc
 Habitareq; cum immortalibus familiarem, (paucos
 Perfecerit. Quocirca neq; desiderium illius sit.
 Eodem modo etiā rursus Polyphemum in ostijs Cij
 Fatatum est, Mysis nobilem urbem ubi condiderit,
 Mortem obire, Chalybum in orbiculari terra.
 Sed Hylan ex amore Dea cooptauit Nympha,
 Suum maritū, ex quo igitur aberrantes relicti sunt.
 Sic fatus, undam multam induit, in imo mersus.
 Circū aut̄ ipsum uorticibus agitata spumabat unda
 Purpurea, cauamq; per mare liberavit nauem.
 Lætati sunt sic heroes. ipse uero studiose accessit
 Aeacides Telamon, ad Iasonem, manumq; manu
 Summam inferens amplexus, dixitq;:
 52 Aesonida, ne mihi quid succenseas imprudentiae,
 Si quid modò offendì. me enim dolor coegit dicere
 Verbum temerarium & proteruum. sed uentis
 Trademus errorem, sicuti & antea unanimes.
 Illum autem rursus Aesonis filius breuiter exceptit;
 O' suauissime, equidem me acerbo incessuisti ser-
 Dicens, inter hos omnes cari uiri desertorē (mone,
 Esse. uerū non diu quidē amaram iram continebo,
 Antea

Antea licet uexatus: quandoquidem non de grege
 Neg; de possessionibus lædens succensiisti, (ouiū,
 Sed pro caro uiro, Spero tamen te etiam alij
 Pro me, si tale quid contingere, indignaturum.
 Dixit sanè, & conciliati, ubi prius consederunt.
 Iti uero Iouis cōsilio, alter qdē Mysis extructurus
 Erat cognominem urbem fabricando fluij
 Ilatides Polyphemus; alter uero Eurysthei labores,
 Iterum profectus conficere. minatus est uero terrā
 Myorum, uastaturum se protinus, si non sibi,
 Aut uiui inuenirent Hylæ copiam, aut mortui.
 Huius autem obsides tribuerunt rei, optimates 53
 Filios ex populo, ac sacramento firmarunt,
 Ne unquam querendi desisterent à labore.
 Ideo in hodiernum Hylam inuestigant Ciani,
 Filium Thiodamantis, munitamq; curant
 Trachina. nam ibi collocarat filios,
 Quos sibi loco pignoris inde miserant abducere.
 Nunc aut per totū diē uentus ferebat, nocteq; tota
 Vehemens spirans, sed neq; uel minimum flabat
 Aurora oriente: illi terræ eminentem
 Ripam, ex sinu ualde latam uidere
 Opinati, remis cum sole appulerunt.
 Aurora autem nō post diu desiderantibus apparuit.

A P O L L O N I I R H O D I I
Argonauticorum Liber
secundus.

Hic erant (scilicet in litore) stabula boum, habita-
tioq; Amyci,
Bebrycū tyranni superbi, quem quondam nymphæ
Peperit, Neptuno Natalitio mista,
Bithynica Melia, robustissimum uirorum.
Qui hospitibus impiam legem imposuit,
Ne quisquā discederet, priusq; expertus fuisset secū
Pygmachiam, multosq; ita ex circumhabitantibus
interermit. (sos interrogandi
Et forte tunc etiam ad nauem ueniens, caussam ip-
Nauigationes, quiq; essent, superbè adortus est.
Talē autem inter omnes fermè euomuit sermonem:
Audite pontiuagi, quæ scire uos par est.
Nemini concessum, qui huc appulerit, abire,
Virorū peregrinorū, q Bebrycib. appropinquauerit,
Priusq; cum manibus meis suas manus conseruerit.
Quo circa et mihi, eū q præstantiss. fuerit, seorsim
In certamē cestuū sistite, hic pugnare. (solū à coetu,
Si uero negligentes meas contèperitis leges, tate.
Profectò alijs parū hilariter dura accedet cū necessi-
Dixit qdē ualde superbiēs. illos aut̄ ferox audiētes
Corripuit ira: potissimū uero Pollicem ursit inter-
minatio. (tit, dixitq;
2. Nec mora ergo suorum sociorum propugnator ste-
Quiesce

Quiesce nunc, neq; nobis fcedam, quicunq; fueris,
 Interminare iniuriam. Legibus enim parebimus, ut
 Ipse ultrò iam tecum polliceor conflictari. (dicit.
 Sic locutus intrepidè ille aut intuitus est, oculos tor
 Tanq; leo telo percussus, que in montibus, (quens,
 Viri circum occupantur: ille q; cinctus cætu,
 Illos certè amplius non curat: aspicit autē duntaxat
 Virum eum, q; percussit primus, non tamen necauit.
 Ibi tum Pollux quidē bene textam deposituit tunica
 Tenuem, quam ei aliqua suum xenium esse,
 Dedit ex Lemniadibus. ille uero atram duplicatam
 Suis cum fibulis, pedumq; asperum (lænam
 Abiecit, quod ferebat sylvestri ex oleastro.

Subitoq; prope locū placitū postq; circumspexerūt,
 Collocarūt suos diuīsim uniuersos in arena socios,
 Nec corpus, neq; naturam similes aspici.
 Sed hic uel truculentī Typhoei, uel ipsius (antea
 Terræ esse similis uidebatur monstrum filius, ueluti
 Indignata loui peperit: ille uero cœlesti similis
 Stellæ, Tyndarides, cuius pulcherimi sunt
 Sub uesteram lucentis radij.

Talis erat Iouis filius, adhuc pubescentē lanuguine
 Producēs, insup alacris in oculis. Cæterū ei robur,
 Et animus instar leonis crescebat. concusſit autem
 Tentans, num sicut antea agiles essent, (manus,
 Ne ue à labore & remigatione rigerent.

Non quidē ibi Amycus tentauit, sed tacitè procul

Stans, in ipsum intendit oculos atq; sibi gliscet.
Animus sitienti, è pectoribus sanguinem dissipare.

- 3 Illis autem interea minister Amyci Lycoreus,
Posuit ante pedes gemina ex utraq; parte lora,
Cruda, sicca, egregiè etiam illa erant rigida.
Quare ille hunc uerbis magnificis affatus: (sero
Horū nunc utrumcunq; uolueris, sine sorte conces-
Ipse uolens, ut ne me accuses postea.
Proinde apta manui. compertus autem, alij dixeris,
Quantum ego terga boum excello incidere
Dura, uirorumq; genas cruore fædere.
Hoc modo locutus. sed ille nihil econtra contem-
dit contentiosius recta,
Verum tacite subrides, quæ sibi ante pedes iacebat,
Ea accepit sine delectu. ad quæ properauit Castor,
Atq; Biantiades Talaus ingens, continuoq; lora
Alligarunt, satis multis animantes ad prælium.
Isti autē etiā Aretus, & Ornytus: neq; enim quid
Stulti, postrema illa, malo ligantes fato. (nouerant
4 Illi ergo ubi loris utrinq; parati sunt,
Nec mora eleuantes ante conspectus, graues
Manus ad inuicem, uim faciebant concurrentes.
Ibi uero Bebrycum Rex, tanquam unda maris
Sæua celerem ad nauē concitatur, ipsa uero uel uix
Solertia prudentis naucleri elabitur
Incitatam, ferri in parietem (scilicet latus nauis)
procellam:

Eodem

Eodem modo ille Tyndaridem terrens sequebatur,
neq; ipsum sinebat
Quiescere. hic uero semper illæsus, suo ex consilio
Euadens cauit, minacemq; illico intelligens (or,
Pygmachiā quo loco robur inoffensum, aut inferi-
Hac indefinēter et manibus cōtra manus conseruit.
Non aliter, quam quando naualia ligna acutis para 8
Viri fabri lignarij cōueniēter adaptātes, (ta clavis
Pulsant malleis, superq; aliū aliū auditur
Sonus, crebro sic genē utrinq;
Et maxillæ resonuerūt, crepitusq; oriebatur dentiū
Indignus. neq; destiterunt certatim uerberantes,
Donec uehemens anhelatio ambos perdomuit.
Steteruntq; paululum seorsim, absteserunt à facie
Sudorem, satis fessè respirationem anhelantes.
Repenteq; iterū corruerūt, aduersarij tanquā tauri
Armentali pro boue furentes digladiati sunt.
Ibi deinceps Amycus quidem in summis elatus
Lanij instar pēdibus extenditur, grauemq;
Manum ei illisit; ille autem impellentis sustinuit
Caput declinans, humeroq; excepit cubitum
Paululum. hicq; prope ipsum genu alternans genui,
Feriebat impetuose secundum aurem, ossaq; intus
Fregit. ille autē cum dolore in genu procubuit, ac-
clamantibus (animus.
Heroibus Argonautis: sic istius statim effusus est
Neq; etiam Bebryces uiri neglexerunt Regem, 6

Sed simul clavas rigidas atq; enses,
 Recta ad corripientes Pollucem, uiam affectarūt.
 Hunc ante è uaginis acutos enses socij
 Steterunt stringentes, primusq; virum Castor
 Percussit concitatus, caputq; super, atq; utring;
 Hinc inde in humerum utrumq; dissectus est.
 Ipse uero Pollux Itymonea immanem, ac Mimanta,
 Huc qdem sub pectus celeri pede calcatim impetēs,
 Pulsauit, et in puluerem strauit: alterū propius ac-
 cedentem,
 Dextra lœnum super superciliū uerberauit manu,
 Dilaniavit ei palpebram, nudus uero relinquebatur
 Oredes aut Amyci uim fortis minister (spectus.
 Contudit Biantiadæ in uentrem Talai: (saltem,
 Verum ipsum non interemit, sed paululū cutetenus
 Intestinis intactis, sub zona perstrinxit ferrum.
 Cæterum ipse Aretus constantem Euryti filium
 Iphiūm, dura clava pulsauit insecurus, (ter erat
 Nondum fato acerbo destinatum: siquidem celeri-
 Ipse occubiturus ense Clytij.
 Tunc equidem Angæus, Lycurgi strenuus filius,
 Illico atram extendens securim ingentē, atq; nigrū
 Vrsæ obijciens sinistra exuivum, insiliit medio
 Audax Bebrycibus, simulq; cum eo irruerunt
 Aeacidæ, unaq; etiam bellicosus irrupit Iason.
 7 Quemadmodum quando in septa, innumerās oues
 terruerunt

Die hyberno cani lupi ingruentes,
 Clam fidelibus canibus, ipsisq; pastoribus,
 Disquirunt, quam' nam primum adorti discerpant,
 Subinde circumspectantes, simul undiquaq; sic
 In arctum coguntur cadentes inuicem. Sic certe illi
 Trepidè Bebrycas superbos terruerunt.
 Haud secus, quām apū examen magnum opiliones,
 Siue apiarij in petra fumigauerint, (alueari
 Quæ quidem interea profecto congregatae suo in
 Cum sono turbantur, plus æquo uero ardenti
 Fumo fumigatae è petra effunduntur. (si sunt
 Sic illi non diu postea stabiles manebat, sed disper-
 In Bebryciam, Amyci fatum exponentes: (pe aliud
 Stulti. neq; enim intellexerunt, quod sanè ipsis pro-
 Malum latens erat. uastabantur non tam uineæ,
 Quām etiam uillæ, tunc hostili bello Lyci,
 Et Mariandinensium, mortuo Rege.
 Aßiduè enim pugnabant ferrea pro terra,
 Illi uero iam stabula & caulas populabantur.
 Iamq; innumeræ oues circumactim depulerunt
 Heroes. atq; aliquis inter eos dixit:
 Cogitate, quid' nam sua timiditate fecissent,
 Si modò Herculem Deus & huc transtulisset.
 Profecto quidem ego & illo præsente opinor,
 Neq; pygmachia decreturū fuisse, sed quādo leges
 Venit exponens, cum suis continuo quas dixit,
 Legibus, claua ipsum superbiæ oblitum fuisse.
8
 Atqui

Atqui neglectum in terra illum deserentes, (quisq;
Per pontū nauigamus: maximē autem nostrum met
Sētiet perniciosum detrimentū, seorsim existentē.
Sic equidem locutus, illa autē omnia Louis consilio
facta.

(raq; uirorum

Et tunc quidem manserunt ibi per noctem, vulne-
Sauciorum curarunt, atq; immortalibus sacra
Exhibētes, solennē coenā instruxerūt, neq; quenq;
Infestauit inter pocula, & incensa sacra. (omnis
Flauasq; cingentes lauro desuper frontes
Litorali, quam circum retinacula alligabantur,
Orpheæ citharæ concordantē hymnum cecinerūt
Accurate. circa eos aut lætabatur tranquillū litus,
Canentes laudarunt etiam Laconem (scilicet Pol-
lucem) Louis filium.

Quando autem Sol rosidos illustrauerit colles,
Ex finibus oriens, excitauitq; pastores,
Tunc sanè soluentes ab extrema funes lauro,
Prædamq; imponētes, quantū opus erat abducere,
Secunda aura, periculosum per Bosporum tra-
9 Hic quidem excelsō similis monti unda runt.

Sursum fertur, ante irruenti similis,
Continuē supra nubes eleuata. neq; putares
Effugiturum esse te præsentaneā mortem, posteaq;
admodum directe in nauem

Ingens impedit pro nube. sed hæc tamen
Sternitur, si modò idoneum nauclerum habuerit.

Quocirca

Quocirca & Tiphys ipsius solertia transibant
Illæsi quidem, uerum attoniti. postridie autem
In contrariam terræ Bithynicæ funes alligarunt,
Ibiq; litoralem domū Agenorides habuit Phineus,
Qui præ omnibus grauissimam miseriam passus
Causa uaticinij, quod illi anté tradidit
Latoides, neq; minimū reueritus est etiā Iouē ipsum,
Publicans intrepide sacram mentem hominibus.
Idcirco & ei senectutem longæuam attribuit,
Eruitq; oculorum gratum lumen, neq; lætari (brò;
Sinebat infinitis cōmoditatibus, quæcunq; illi cre-
Vaticinia sciscitantes, uicini domum conferebant.
Sed à nubibus repente propè incitatæ
Harpyiæ, ex ore manibusq; rostris (terdum cibi
Indesinenter præripuerūt: relinquebatur autem in-
Nihil, interdū tamen paululū, ut uiuus cruciaretur.
Atq; præterea foetidū odore affuderunt, neq; quis-
Neq; ad guttur ferens, sed à procūl (quam sustinuit
Stans, taliter illi oboluerunt reliquæ cœnæ.
Illico autē exaudiens clamorē, strepitumq; turbæ, 10
Ipsosq; aduenisse sensit, quibus sibi uenientibus
In fatis ex Ioue erat, suæ participem factum escæ.
Erectus ergo è grabato, exanime tanquam somniū,
Baculo innixus, debilibus pedibus ibat foras,
Parietes contrectans, tremuerunt autem membra
incidentis
Torpore, senioq;, et sordibus ipsi squalidum corpus
Horrebat,

Horrebat, cutesq; ossa duntaxat contexerunt.
 Egressus domo confedit, genua grauatus,
 In limine porticus uertigo uero ipsum corripuit
 Atra, terraq; uisa est circumagi
 Infrà, ægrum propter torporem inclinatus est filēs.
 Illi ergo ipsum postquam confexerunt, circumfū
 se congregati sunt:

Obstupueruntq; uerū ille ipsiis uix ex imo
 Pectore suspirans, uociferabatur cum uaticinijs:
 Audite omnium Græcorum optimi, si modò uere
 Illi uos, quos terribili Regis mandato,
 Argoa in naui dicit ad uellus Iason,
 Vos haud dubie, etiam mihi animus nouit singula
 Suis diuinationibus, gratiā certè ô Rex Latonis
 Fili, tametsi in difficultimis repono miserijs (tibus
 Supplicem propter Iouem, qui durissimus delinque
 Hominibus, Phœbumq; propter, atque ipsius causa
 Iunonis

Oro obnixè, proinde Deos curate, aduenientes,
 II Opitulamini mihi, liberate infelicē uirū calamita-
 Neq; me inertia discesseritis deserentes, (te.
 Sic temerè: non enim solum oculos Erinnys
 Calcibus inuasit, uerum etiam senectutem longæ:
 uam ad finem traho.
 Præterea acerbissimum impendet malū aliud alijs:
 Harpyiæ ex ore mihi præripiunt escam,
 Alticunde ex improviso delapse malo.

Habeo

Habeo autem nullū consiliū salutare, sed facilius
 Ipse meam latèrem mentem escæ memor,
 Quàm illas, sic subitò aeriae delabuntur.
 Paululum aut si uel tandem nobis escæ reliquerint,
 Olet id scède simulatq; intolerabilem uim odoris
 Neq; quisq; uel paululū mortaliū ferret adpropin-
 Non si ei adamante fabricatum cor esset. (quans,
 Sed me dura sanè cibi cohercet necessitas 12
 Manere, atq; manentē improbo uentri prospicere.
 Has quidem in oraculis est, profligare Boreæ
 Filios: neq; obscuri opitulabuntur existentes,
 Si modò ego, q; pridē illustris hominibus Phineus,
 Opibus uaticinioq; pater uerò me genuit Agenor,
 Horūq; sorore, quando inter Thraces imperitabat,
 Cleopatrā, cum dote meam ad domū duxi coniuge.
 Dixit Agenorides, uehemens autem tetigit dolor
 quemlibet

Heroum: præcipue uerò ibi duos natos Boreæ.
 Lachrymasq; ab stergetes accesserūt, atq; ita inquit
 Zethes, in scelcis amplexus manu manum senis:
 A' miser, nec quem puto te miseriorem alium
 Esse hominum, cur uerò tibi tanta mala orta sunt?
 Næ Deos graui offendisti imprudentia, 13
 Vaticinia prodens, cui sanè tantoperè succenserent.
 Nobis equidem animus intus horret cupientibus
 Auxiliari, si modò ita manus hoc imposuit Deus
 Nobis, notæ enim mortalibus offendæ

Immortalium.

Immortaliū. neq; prius restiterimus aduenientibus
Harpis, licet uehemēter id parati, quām iuraueris;
Nihil huius cauſſa, Dijs animo elapsuros.

Sic fatus hūc aduersus, inanes grandæuus surrexit
Pupillas aperiens, excepitq; talibus uerbis:
Sile, ne mihi ista animo ingeras fili.

Sciat Latonides, qui me fidus docuit (tas,
Vaticinia; sciat et infausta quæ me sortita calami.
Atq; in oculis cæcum lumen, ipsaq; desuper
Numina, quæ (scilicet utinam) neq; ipſa mortuo,
quamuis præſentia ſint,

Vt nulla à Deo ſequitur ira propter auxilium.

Quare poſtea iuramentis opitulari prompti erant.
Statim autem iuuenes instruxerant cœnam ſeni,
Nouifimam harpyis prædam: propéq; ambō
Conſtiterunt, ut enſibus irruentes proſligarent.

Tunc ſanè primitus senior attigit dapes:

Illæ uero ſubito, tanquam procellæ inexpectatæ,
aut fulgura ueluti

Improuisæ, nubibus emicantes, ingruerunt
Cum clangore, captates fercula. illi autē cōſpicati
Heroes, illicò clamarunt. cæterum hæ cum impetu,
Omnia deuorantes, ultra mare auferebantur
Procul ſeorsim, fœtorq; intolerabilis ibi relinque-
Quas tunc pone gemini filij Boreæ (batur.
Enſes tenentes ſequabantur. iniecit enim (iſſent
Iupiter uim immensam iſpis: nam Ioue non ſecuti ſu
Absq;

Absq; nam Zephyri præuerterunt flatus:
 Vsq; quando ad Phinea, & à Phineo irent.
 Neq; aliter, quam quādo in saltibus canes sagaces, 14
 Capros cornigeros, aut ceruos indagantes
 Insequuntur, paulum autem distantes à tergo
 Extremis rictibus, frustra colliserunt dentes.
 Sic Zetes & Calais, admodum propè imminentes,
 Istas summis premebant frustra manibus.
 Et certe ipsas etiam inuitis Dijs confecissent,
 Valde procul insulis in Plotis adprehendentes,
 Nisi celeris Iris contemplata ab æthere desiliisset
 Cœlitus, & talia admonens detinuisse:
 Non par est, filij Boreæ, ensibus insequi
 Harpias, magni Iouis canes: iuramentū autem ipsa
 Præstabo ego, quod ei non amplius appropinquau-
 bunt aggressæ.
 Sic fata, iuramentum Stygis iurauit, quod Dijs
 Stupendum omnibus, uenerandumq; existit:
 Nō Agenoridæ cœdib . amplius illas appropinquare
 In posterum Phinei, quandoquidē & in fatis esset.
 Illi ergo iuramento credentes, conuersi sunt retrò
 ad nauem
 Festinare, Strophadasq; cognominarunt homines,
 Insulas huius causa, prius Plotas nominantes.
 Harpiæq; nec nō Iris, distractæ sunt: illæ quidem
 subierunt
 Latibula Cretæ Minoiæ, hæc uero subuolauit

e In cœlum,

In cœlum, pernicibus sublimis alis.

Interim optimates sordidum egregie corpus senis

Vbiq; purgantes, ritè sacrificarunt,

Pecoraq; quæ ex Amyci præda abegerunt.

Verùm ubi magnificam cœnam in ædibus pararūt,

Coniuati sunt sedentes: cum ipsis aut manducabant

Audē, quasi in somnijs animū exhilarās. (Phineus

Tunc uero postquam cibo satiati sunt, atq; potu,

Per totā noctē Boreæ expectarūt filios uigilantes.

Ipse uero in medijs iuxta focum federat senex,

Euentum nauigationis prædicens, finemq; itineris:

Audite ergo, neq; enim omnia est fas uos scire

Exactè: quæcūq; uero sunt Dijs placita, nō celabo,

Malè affectus qđē et antea Louis mētē imprudenter

Patefaciens ex ordine, perfecteq; sic enim ipse

Vult hominibus imperfecta oracula innotescere

Vaticinij, ut & Deorum opus habeant mente.

Petas quidem primò, à mē profecti,

Cyaneas uidebitis geminas, maris in faucibus,

Ex quibus neminem puto prorsus euasisse.

Neq; enim radicibus firmis innituntur,

Sed frequenter coeunt aduersæ inter se,

In unum: desuper aut plurima maris eleuatur unda

Aestuans, acuteq; circum periculosem fremit litus.

Quare nunc nostris monitis obtemperate,

Si modò prudenti animo, deorumq; curam habētes

Trāsitis. ne uero eo modo spōtaneā necē cōcilietis,

Incanti

Incauti incitamini fruentes iuuentute.

Aue equidem prius columba tentate;

E' puppi emittentes præmittere; siq; per ipsas
Petas, pontumq; in columnis alis transierit,

Iam nequaquam ipsi parcite uiæ,

Sed strenue tenentes proprijs in manibus remos,

Secate maris angustiā: quandoquidē spes nō certe
Erit in uotis, quanta in robore manuum. (tanta

Quocirca & alia missa facientes, id quod utilius
urgete (getis, probibeo.

Audacter. prius autem nequid Deos precibus fati-

Si uero contra, uolans in medio perierit,

Retrofugi cedite; nam multo melius cedere

Immortalibus. neq; enim malum fatum evitare

E' petris, neq; si ferrea fuerit Argo,

O miselli, ne sustineatis præter mea oracula ire:

Si etiam tantum arbitrati cœlitibus,

Quantum iniuisus sum, & si plus odio haberí,

Ne sustineatis coluba absq; postea naue penetrare.

Atque hæc quemadmodum sunt (scilicet in fatis)
sic erunt. (mes in ponto,

Si uero effugeritis concursiones petrarum incolu-

Mox Bithyniorum ad dextram terram habentes

Nauigate litora (scilicet ad sinistram) auersantes,
donec tandem

Rheban rapidum fluuium, litusq; nigricans

Radentes, insulæ Thunis in portum perueniatis.

E z Bithynie

17 Illinc autem non admodum multum per mare ex
aduerso sitam

Terram Maryandine vñ adpelletis digressi:
Vbi quidem digressi ad Ditis præceps est uia,
Promotoriumq; extans Acherusias in alto spectat.
Ac uorticofus Acheron ipsam in imo diuidens
Promontorij ex ingenti mittit fluxus cõceptaculo.
Non longe autem post hanc, multos præternauiga-
Paphlagonū, quib. Eneteius præfuit (bitis colonos
Primum Pelops, cuius & de sanguine gloriantur.

18 Est aut̄ quoddā promotoriū Helicæ ē regione ursæ
Vndiq; excelsū, ac ipsum uocant Carambim,
Hoc super Boreæ dissipantur uenti,
Vsq; adeò in mari erectum, ætheri connectitur,
Illud circumflectenti, ingens adiacet iam
Aegialus, ingentisq; ad terminos Aegiali,
Promontorio in extanti fluenta Halys fluuij
Horrendum fremebant. post hunc propefluus Iris
Minor, albis uoluitur in mare uorticibus.
Illinc autem ulterius uastus atq; eminens Ancon
Extenditur terræ, in autem ostium Thermodontis
Alueū tranquillū Themiscyræū iuxta promotoriū
Fluit per longas lapsus terras. (bes

19 Porro illinc Dœantis campus, de proximo uero ur-
Triplices Amazonidum. indeq; laboriosissimi ho-
Asperam Chalybes et duram terrā tenent, (mines
Operarij, qui circa rem ferream occupantur.

Prop̄

Propè rursus habitant dites Tibareni,
 Iouis hospitalis Genetæum super promontorium.
 Hoc post Mossynceci finitimi sylvestrem
 Deinceps terram, montesq; incolunt,
 Ligneisq; in arcibus habitationes fabricantes,
 Ligneas & custodias munitas, quas uocitant
 Mossynas, atq; ipsi cognomines inde sunt.
 Hos transeuntes asperæ incidetis insulæ,
 Studio omnigeno, ualde terribiles abigentes
 Aues, quæ quasi innumeræ uersantur
 In insula deserta, in qua templum Martis
 Saxeum fecerunt, Amazonidum reginæ,
 Otrere & Antiope dum in expeditione essent.
 Hic enim uobis utilitas amaro ex mari emergit
 Ineffabilis: quare bene uolens iubeo (rare
 Appropinquare. Verum quid attinet me rursus er-
 Vaticinando, singula uere dicentem?
 Insulam autem ultra, & terram aduersam,
 Pascuntur Philyres, Philyras autem supra sunt
 Macrones, post numerosa gens Bechirorum.
 Deinde uero Sapires, secundum ipsos habitant.
 Byzeres autem post, illis contigui, quos ultra iam
 Ipsi Colchi habitant bellicosi. Sed in naui
 Pergite, donec intimo adpuleritis mari.
 Ibi uero in terra Cytaica, atq; Amarantiorum
 Procul è montibus, campoq; Circæo,
 Phasis impetuofus, latum fluxum in mare defert.

Illiū nauem torquentes ad ostia fluij,

Turres cernetis Cytæij Aeetæ,

Lucumq; opacum Martis, ubi uellus in summa

Suspensum fago, Draco monstrum terribile uisu,

Quoquò uersum spectat, obseruans neque enim illi

Nec nocte gratus somnus truces sopit oculos. (die

Sic sane fatus: hos aut statim corripuit metus audiē

Diu aut erat stupore perculsi, sero tamē infit (tes.

Heros Aesonis filius perplexus formidine:

O senior, nunc quidem expone exitus periculorū

Nauigationis, ac signum, cui horribiles per petras

Confisi, pontum penetreremus: an' ne denuò,

Illas nobis elapsis, in Græciam reditus deinceps

Instet, cupidissime abs te uel hoc scirē, (ficiā iter:

Quo pacto agā, quo pacto post hac tantū maris cō-

Ignarus existens, socijs simul inscijs: terra aut Col-

Ponti & orbis sita est in finibus. (chica,

Sic fatus, eum senior excipiens interpellauit:

Nate ut primum tranaueris horrendas petras,

Aude, quoniam Deus reliquū cursum gubernabit,

Ab Aea ad Aeam satis etiam comitum erit.

21 Proinde amici, curæ uobis sit deæ callidum auxiliū

Cypriæ. ex enim hac felices exitus sunt pículorū.

Atq; me nequaquam hæc ultrà rogaueritis.

Vix hæc fatus Agenorides, ubi coram filij gemini

Threijcij Boreæ, ab æthere lapsi,

Limini agiles immiserunt plantas. illi ergo eruperūt

E' sedibus

E sedib. Heroes, ut aduenientes cōspicarētur. (bore
 Zetes uero ad properantibus adhuc, ingentiē ex la-
 Anhelationē afflās, uociferabatur, quām lōgē (re.
 Abegissēt, atq; quām Iris prohibuisset illas interime
 Sacramentumq; ut benigna Dea dederit, ipseq; su-
 Metu, Cretensis immane antrum montis. (bierit
 Hilares itaq; exinde in domo omnes socij,
 Ipseq; ex nuncio Phineus fuit: protinusq; illum
 Aesonides peculiariter exhilaratus, alloquitur:
 Næ profectò aliquis erat Deus ô Phineu, qui tue 22
 calamitatis

Curam habuit fatalis: & nos huc adegit
 De procul, ut certè nati auxiliarētur Boreæ.
 Sic aut et oculis tuis lumē restitueret. equidē puto,
 Gaudio non minori perfusum iri me, quam si post-
 liminio quasi in patriam reuetereret.
 Sic inquit. Cæterū ille modestus respondit:
 Aesonida, hoc quidem minimè revocabile est, neq;
 aliqua consideratio

Deinde: inanes enim attenuatæ sunt acies.
 Pro hoc uero mortem mihi statim Deus condixit,
 Et mortuus omnium particeps ero bonorum.
 Hoē modo illi mutuo inter se locuti sunt,
 Statimq; non diu post, colloquentibus exorta est
 Aurora. illum aut circum uicini congregabantur
 Viri, qui & antea indies illuc confluabant
 Semper, simul ferentes suo de iunctu partem.

Quibus senior omnibus, quicunq; egens ueniebat,
 Vaticinabatur diligenter, à multisq; mala auertit
 Vaticinio, quo circa ipsum accedentes alebant.
 Cum eis etiā unā uenit Parcebus, qui quidē illi erat
 Charissimus: libens aut in ædibus hos uidebat.
 Antea enim ipse strenuorum cohortem uirorum,
 Græcia egressam ad urbem Aeetæ,
 Retinacula in eucturam prædixit Thynidi terræ:
 Qui certè ipsi Harpyias à Ioue fugarent immisas.
 Quare alios quidem uerbis demulcens mitibus
 Ablegauit senex, solum uero Parcebum ibi manere
 Iussit cum Argonautis, illicoq; eundem,
 Suis de ouibus quæcūq; maximè eximia, ad se ferre
 Misit mandans: quo ex ædibus discedente,
 Amicè nautas remiges collectos interpellauit:
 O' amici, nequaq; omnes inhumani homines sumus,
 Neq; beneficiorum immemores. nam & ille uir,
 Talis existens huc uenit, suum fatū ut cognosceret.

29 Quando enim quam plurimū laboraret, ferretq;
 Tuūc equidem ipsum plus frequens uictus
 Egestas uexabat, dieiq; dies succedebat
 Miserior, nec erat requies ulla laboranti:
 Sed ille parentis sui indignam dependebat poenam
 Erroris. Ille et enim solus in montib. arbores secans,
 Iam, quando Hamadryadis Nymphæ nihili fecit
 preces,
 Quæ eum lamentans, lugubri demulxit sermone,
 Ne se caret

Ne secaret truncū quercus coætaneæ, qua in multiū
Aeui traducebat continenter. Verū ille hanc
Imprudens amputauit, uehementia iuuenili.

Quapropter funestam Nympha irrogauit calami.
Ipsi et liberis. Ego ergo postq; aduenit, (tatē deinde
Lapsum agnoui, aram iussi instaurantem
Thymadis Nymphæ, placatiua obire in ipsa
Sacra paternum obsecrantem piaculum declinare.
Ibi postquā effugit flagrum diuinitus missum, neq;
Oblitus, neq; neglexit, unō uix iniuitum foras (mei
Ablego, postquam cupit adesse etiam iniuita.

Sic dixit Agenorides. ille autem propè statim duas,
Redit ducens de grege oues. exurrexit uerò Iason,
Boræij filij etiam, ex præcepto senis.

Illico uerò inuocantes fatidicum Apollinem,
Sacra fecerunt in foco, sub diem orientem.

Iuniores tamen socij lætam cœnam adornarunt.

Tunc suauiter coniuati, alij quidem apud retinacula nauis,

Alij uerò ibi in ædibus congregati dormierunt.

Cæterū manè Etesiæ auræ irruebat, quæ p uniuersitatem 24

Terræ simul, taliq; Iouis perflabant beneficio. (sam

Cyrene perhibetur quædā, annem iuxta Peneiū,

Oues pauiisse, priscos apud mortales. Placuit enim

Virginitas, et thoros immaculatus. sed Apollo (illi

Ipsam rapiens, ad flumen pascentem,

Procul è Thessalia, indigenis cōmēdauit Nymphis,

Quæ Libyam possident, apud Myrtosum cacumē.
 Quando autem Aristæum Phœbo peperit, quem
 Agreeat Nomion, opulenti Thessali: Quocant
 Hanc quidem amore Deus fecit sponsam
 Suam longæuā, et uenatricem: filiū uero transtulit
 Infantulum, Chironis in antris educari, (derunt
 Cui et adulto Deæ nuptias (s. Autonoës) despon-
 Musæ, medicinamq; uaticiniaq; docuerunt:
 Nec non ipsum suorum pecorum fecerunt custodē,
 quæcunq; errabant

Per campum Phthiæ Athamantium, circaq; opacū
 Othryn, & fluuij sacra fluenta Apidani.

25 Quando uero de cœlo Minoidas torrebat insulas
 Sirius, neq; diu adesset medela inhabitantibus,
 Tunc ipsum inuocarunt, ex monitis Apollinis,
 Famis liberatore, reliquit aut ipse patris præcepto,
 Phthiæ, inq; Ceum transtulit ad habitandum populu
 Arcadicū, q; quidē Lycaonis sunt genus, (cōgregas
 Atq; templum fecit insigne Iouis Icmæi,
 Sacraq; ritè peregit in montibus stellæ isti
 Sirio, ipsiq; Saturnio Ioui, cuius cauſſa
 Terram refrigerant Eteiæ, ex Ioue auræ,
 Dies quadraginta, Ceiq; etiamnum sacrifici
 Ortum ante canis, celebrant sacra.
 Et hæc quidem sic narrantur. Argonautæ uero ibi
 Manserunt detenti, xeniaq; immensa Thunij
 Singulis diebus Phineo granificantes offerebant.

Ex tunc

Ex tunc Dijs duodecim extruentes (nentes,
 Templum, maris in litore ulteriore, ac sacra impo-
 Nuē celerē ingressi ad remigandū, neq; columbæ
 Trepidæ oblii secum. Verūm eam
 Vinculo inhærente, sua gestabat manu complexus
 Euphemus, à terraq; duplicita retinacula soluerunt.
 Neq; sanè Palladē ulterius latuerunt progrediētes,
 Sed statim studiose in nebula incedens pedibus
 Leui, quæ ferret ipsam facile, grauē licet existente,
 Incitata contendere ad pontum, bene uolens nauigantibus.

(ueluti multa

Haud secus, quām si quando aliquis peregrinans, ²⁶
 Errans homines miseri, nullaq; terra
 Longinquæ, sed cunctæ conspicuæ uiae,
 Suisq; uidit ædes, simulq; iter
 Humidumq; siccumq;, apparet alibi tamen aliud,
 Velocia uersans inquirit oculis:
 Sic certè repente filia Iouis properans,
 Posuit in inhospitali pedes Thynidis litore.
 Illi itaq; quando iam periculosi uadi angustias con-
 Asperis petris cinctas utrinq;, (tigerant,
 Vorticosis subtus retro inhibuit euntem
 Carinam fluxus: multo tamē terrore ulterius con-
 Lamq; ipsi sonus concurrentiū petrarū, (tendebat.
 Crebro aures feriebat, reboabantq; litora. (tenens
 Tunc demū inde ipse incitabatur, columbam manu
 Euphemus proram accedere, alij uero auxilio
 Tiphs

Tiphys Agniadæ, promptam urserunt
 Remigationem, ut sane per petras agerent,
 Suis uiribus freti, illasq; statim postremum aliorum
 Apertas, Ancona circum nauigantes conspexerūt.
 Simul ipsis aut infundebatur animus, et ipse peruo-
 Euphemus emisit columbā, & illi omnes (lare alis
 Sustulerunt capita aspectantes, atq; per illas
 Volauit illæ una rursus aduersæ mutuò, (ta
 Ambæ simul coeuntes, crepuerūt, erupit uero mul
 Salsugo, elisa nubis instar, resonuitq; pontus
 Horrendūm, paſsim etiam ingens remugit æther,
 Cauæq; speluncæ sub saxis asperis, (litoris
 Ab æstuante mari intus murmurarunt, inq; summū
 Albam feruentis expuit undæ spumam.

27 Nauem autē deinde circum circa cinxit unda, sum-
 masq; constrinxerunt
 Caudatas pennas, petræ, avis. Sed illa euasit
 Incolumis, remiges autem magnum clamarunt, uo-
 ciferatusq; est ipse
 Tiphys remigare fortiter. aperiebantur enim iterū
 Vtrinq; ipsos remigantes corripuit tremor, donec
 Inundatio retrofuga rediens promouit (tandem
 In petras. tunc autem maximus pauor inuasit
 Vniuersos, super caput enim præsentaneus erat in-
 teritus.

Iamq; à fronte et à tergo uastum cernebatur mare,
 Atq; ipsis im' puiso oborta immanis unda ex aduerso
 Alta,

Alta, prærupto monti similis. Illi autem conspicati
 Declinarūt obliquis capitibus. Videbatur enim pro
 Nauem super totam illapsa, opertura. (fectō
 At qui ipsam anticipauit Tiphys non nihil, remiga-
 tionibus grauatam

Laxans, illa uero multum sub carinam effusa est.

Eq; ipsam à puppi eleuauit longè nauem 28
 Petris, ita ut in alto sublimis ferretur.

Sed Euphemus ascendens clamauit socijs,
 Incumbere remis quām fortissimē. ij clamore
 Pulsabant aquā, quantumq; promoueret nauis remi
 Bis tantū subito promouit: incuruatiq; remi, (gibus,
 Non aliter quām curui arcus, intendentiu heroum.
 Inde autem illico tunc alta subsedit procella,
 Ipsaq; repente tanquam cylindrus sequebatur undā
 procellosam

Impetuose, in profundum mare, in' que medijs (que
 Scopolis uorticosis exceptit fluxus. Ipsi uero utrin
 Quassati remugierunt, uincta q; naualia ligna.
 At tunc Minerua, ualida manu reuulsit à petra
 Læua, dextra uero prorsum ursit promoueri,
 Ipsa similis alatæ, sublimis erupit, sagittæ.

Puppis tamen fregerunt summas extremitates,
 Incessanter quassantes aduersæ: sed Pallas
 In cœlum sublata, quando incolumes euaserunt.
 Petræ autem in unum locum propè iuuicem
 Fortiter firmatæ sunt, quod quidem & fatatū erat

Ex dijs,

Ex dijs, ut aliquis adpellens naui penetraret:
 Illi ergo ab odioso respirarunt interim paure,
 Aerem aspectantes, simulq; pelagus maris
 Procul apertum: quippe credebant ex inferno
 Seruari. Tiphys uero primus incepit loqui:

- 29 Spero equidem una cum naui certò emersisse
 Nos, neq; quisquam aliis autor quam Pallas,
 Quæ ei inspirauit diuinā uim, quādo ipsam Argus
 Clavis compegit. Fas uero non est perire,
 O' Aesonida. Tu autem tui Regis mandatum,
 Quando ex petris seruari Deus nobis tribuit,
 Nec amplius time tale, quoniā deinceps certaminā
 Facilia perficere, Agenorides prædixit Phineus.
 Dixit, simulac ulterius præter Bithyniam terram
 Nauem per pelagus direxit mediū. Verū hic illū,
 Lembus uerbis uicissim alloquutus est:
 Tiphy, quid mihi ista occinis afflicto?
 Erravi, implicatusq; mala et improuisa calamitate.
 Oportuerat enim mie, cum mādaret contrā Pelias,
 Statim recusasse istam expeditionē, eis debuisse
 Crudeliter membratim dissectus, mori.
 Iam uero perpetuū pauorem, atq; immodicas curas
 Fero, expauescens maris horrentia uada,
 Naue emetiri, expauescensq; quando in terram
 Egressiamur. ubiq; enim scelerati homines sunt,
 30 Semper etiam tristē, præter diem, noctē traducō,
 Ex quo primū in meam gratiā congregati estis.

Scientes

Scientes singula. Tu autem pulchrè dicas,
 Duntaxat tuæ animæ curam gerens: sed ego,
 Me e quidem nō parum sollicitus sum, proq; huius,
 Et huius, simulatque tua, & aliorum sollicius sum
 sociorum,

Si non in Græciam incolumes nos reducam.

Sic locutus, primates tentans, qui acclamarunt

Animos is uerbis. hic autem animo intimo

Acclamantibus (scilicet illis) & postea audacter
 interrupit:

O' socij, in uestra uirtute audaciam habeo.

Quapropter iam nec, si per inferni barathra
 Mitterer, amplius pauore induerem, quando es tis
 Fortes, tantis in periculis. Verùm ubi petras
 Symplegadas elapsi sumus, opinor nō denuò deinde
 Futurum talem alium metum, si modò
 Mandatis Phinei obsecundantes perrexerimus.
 Hoc dicto, talibus supersederūt statim sermonibus,
 Remigatione uero in desinentem habebant labore.

continuò uero illi

Rhebam, rapidum fluuium. scopulumq; Colonæ,
 Litusq; non diu pòst præterlegerunt nigricans.

Post quod ad ostia Phylleida, ubi antea
 Dipacus filium Athamantis suo excepit hospitio,
 Quando cum ariete fugit urbem Orchomenij,
 Enixa autem eum Nympha Lemontas. Cæterum
 neq; illi dedecus

3

Complacuit.

Complacuit. Quare uolens ad aquas patris sui,
 Matri conuersabatur, litorales greges pascens.
 Cuius quidem templum, mox et spaciofa fluuij
 Litora, campumq; nec non profundum Calpin
 Cernentes, præteruecti sunt: simulq; cū die nocte
 Tranquillam, irrequietis traduxerunt remis.
 Sic quemadmodum tenacem discidentes terram
 Operatores laborant boues, circum uero immen-
 sus sudor (ipsorum
 Distillat ex lateribus et ceruice, lumina autem
 Obliqua distorquentur sub iugo, sed anhelitus
 Aridus oris sine fine sonat, illiq; in terra
 Vngulas infigentes toto die excentur:
 Illis similes heroes ex mari remos eruebant.
 Quando aut nondū dies alma, neq; etiā admodum
 Nox est, tenuis uero accessit nocti
 Lux, quam crepusculum ipsum experrecti uocant:
 32 Tunc desertæ Insulæ in portum remigantes
 Thunidis, studio secundo uenerunt ad terram.
 Illisq; Latoides, reuertens è Lycia
 Longè, ad magnū populū Hyperboreorū hominum,
 Apparuit: aurei uero in utraq; gena
 Capilli racemales, diffuebant eunti.
 Læua tamen argenteū tenebat arcū, ad terga uero
 Pharetra pendebat ex humeris, ipsaq; sub pedibus
 Quatiebatur Insula tota, uoluebanturq; undæ ad
 terram.

Illos

Illos autem occupauit stupor intuentes improuisus,
neq; quispiam ausus

Contra contemplari in oculos claros Dei:

Steterunt uero deorsum nictantes in terrā. Verum
ille procul

Perrexit ire ad pōntum, per aera. sero autem tale
Orpheus deprompsit uerbum, Argonautis loquens:

Eia age, insulam sanè Eoi Apollinis (ruit 33)

Hanc Sacram nominemus, postquā omnibus appa-

Eous adortus, eaq; immolabimus qualia adsunt,

Aram erigentes litoralem. si autem iterum

Terram ad Aemoniā incolumē redditum tribuat,

Tunc sanè cornutarū coxas imponemus caprarum.

Nūc uero simpliciter nidore, libisq; placare (parēs,

Iubeo. quapropter propitiare Rex, propitiare ap-

Sic locutus: atq; statim aram instaurarunt (gantes,

Lapillis. alij autem per insulam uersabantur uesti-

Si aliquem hinnulorum, aut sylvestrium uiderent

Capraram, quales frequenter in profunda pascun-

tur sylua,

Illis autem Latoides prædam tribuit, ex omnibusq;

Rite sacram per duplicas coxas aram

Incenderunt, celebrantes Eoum Apollinem.

Pro uero incensis, amplum chorū instaurarunt,

Pulchrum iñπαιινον iñπαιινον Apollinem

Canentes. Cum ipsis tamen bonus filius Oeagri

Thracensi cithara suauem incēpit cantilenam,

f Quenat.

Quemadmodū quondā sub petricoso iugo Parnasi
 Delphinem sagittis immanem confecit,
 Puer existēs adhuc inermis, adhuc capillis gauisus
 Longis: semper tamen Rex intonsi capilli,
 Semper integri, sic enim fas. sola autem ipsa
 Latona Cæogenia, amicis manibus tractabat.

- 34** Multa autem Coryciæ nymphæ, Plisti filiæ,
 Hortabantur uerbis, lñie uociferantes:
 Inde hoc pulchrum encomium erat Phœbo.
 Porrò ubi eum solenni celebrarunt cantilena,
 Libis sacris, coniuratunt et opitulari
 Inuicem in perpetuum, concordia animi
 Attingentes sacra. atq; adhuc in hodiernum
 Illie concordia templum uenerandū, quod fecerat
 Ipsi, gloriosum tunc Deum celebrantes.
 Quando uero tertius dies uenit, ex tunc equidem
 Pleno Zephyro insulam reliquerunt excelsam.
 Inde aut econtra quod est, fluuij ostium Sangarij.
 Et Mariandyneorum hominum uirentem terram,
 Atq; Lyci fluenta, nec non Anthemoisida palude
 Conspicates præter nauigarūt: sed à uento rudētes,
 Armaq; naualia cuncta quassabātur nauigantibus.
 Manè uero, uento per noctem sedato, (netunt,
 Hilariter in promontorij Acherusiæ portum perue
 Quod quidem præcipitijs surgit eminentibus
 In pontum spectans Bithynida: quo sub petræ
 Aeris fundatæ sunt irriguæ. circumq; illas

Fluctus

Fluctus illis insanum fremit, sed desuper
 Ingentes platani in summo natæ sunt.
 Ex ipsa autem intus descendit ad continentem 35
 Cauis rectâ saltus, ubi & spelunca est Orci,
 Sylva & scopulis opaca: inde uapor
 Frigidus, horribili exhalatus antro,
 Dense, albam frequenter circum creat pruinam;
 Quæ meridionâte liqueficit Sole. (bet promotoriū;
 Silentium autem nequaquam ipsum præclarum ha-
 Sed simul à ponto gemit resonante,
 Folijsq; à uento commotis cauernoso.
 Ibi & fluenta amnis Acherontis sunt,
 Qui è promontorio erumpit, in mare cadens
 Orientale. caua autem uallis defert ipsum desuper.
 Hunc quidem in posteris, Soonautem uocitarunt
 Nisæi Megarenſes, quando nauigaturi erant
 In terram Maryandineorū. tunc enim eos seruauit,
 Ipsis cum nauibus, periculose illapsos tempestati.
 Eò scilicet, illi statim naui Acherusiae
 È conspectu, uento iam sedato, appulerunt.
 Neq; sane diu Lycum, illius Duce m̄ terra, 36
 Et Maryandineos latuerūt ciues, illi qui appulerūt,
 Interfectores Amyci, ex fama, quam antea audie-
 rānt. (gratia,
 Proinde et familiaritatē inierunt cum ipsis, huius
 Ipsumq; tanquam deum, Pollucem uenerabantur,
 Vnde cung; congregati: quoniam illi diu admodum

Contra Bebrycas proteruos contenderunt.

Ac sane cateruatum in ædes Lyci,

Illo die, ex familiaritate, urbem ingressi, (monibus.

Coniuio occupabantur, oblectaruntq; animū ser-

Aesonides quidem, ei genus & nomen cuiuslibet

Suorum edisserebat sociorum, Peliæq; mandata,

Atq; ut à Lemniensibus excepti fuerint fœminis,

Quæcunq; itē Cyzico apud Dolioniā peregerūt,

In Mysiam etiam quemadmodum appulerint, Ci-

umq; ubi reliquerunt heroæ

Herculem, inuito animo, ac Glauci monita. (rint,

Dixit et Bebrycas quo pacto, Amycumq; tracta-

Nec non Phinei dixit uaticinia, simulq; uicem.

Ad hæc qualiter Cyaneas petras tranarint, utq; in

ciderint (tis

In Latoidem, in insula. Ille uero ex ordine narran-

Demulcebatur auditione animum: dolor tamē ob-

ortus Hercule

Deserto, taleq; responsum omnes inter reddidit:

O` socij, qualis uiri fraudati ope,

Pergitis ad Aeetam, tantam nauigationem & probè

Dascyli in ædibus hic, patris mei, (enim ego ipsum

Noui conspicatus. Illeq; huc per Asidam terram

Pedes uenit, baltheum bellicosæ ferens (lanugine,

Hippolytæ . me autem inuenit iuuenem pubescenti

Tunc circa Priolaum fratrem, qui interiit,

Nostrum, à Mysis: quem quidem populus

Flebilibus

Flebilibus modis luget, ex eo adhuc.

In funebri certamine pugnans Titiam superauit certibus conflictantem,

Fortem, qui cunctis præstabat iuuenibus, sit dætes.

Nō tam forma quam viribus, in terramq; ei excus-

Cæterum unā cum Mysis, patri subdidit

Phrygas, qui inhabitant vicina nobis arua.

Gentem Bithyniorum cum ipsa adiecit terra,

Vsq; ad Rhebei amnem, scopulumq; Colonæ,

Paphlagones que, ad quos Pelopej subiecti sunt si-

Quoscunq; Billæi atra claudit unda. (mul,

Sed me nunc Bebryces, fastusq; Amyci,

Procul habitante priuarunt Hercule,

Subinde resecantes à terra satis, donec extenderūt

Terminos, profundi ad palustria loca Hypij.

Attamen ex uobis luerunt pœnā. neq; te arbitror,

Die illo, sine numine Diuum, intulisse bellum,

O' Tyndarida, Bebrycibus, quando virum istum
necares. (potens sum,

Quorum nūc quamcumque ego reponere gratiam

Reponam affatim, in quantum licet mediocribus

Viris, quando cœperūt præstantiores benefacere.

Simul quidem omnibus, comitem uos sequi

Dascylon facio, meum filium: quo comitante,

Profectò hospitalibus per mare incideritis

Hominibus, usq; ipsum ad os Thermodoontis.

Seorsim aut̄ Tyndaridis, Acherusio sup̄ pmōtorio,

Extruā sacrū altū, quod quidē ualde procul omnes
Nautæ per mare admirantes uenerabuntur.

Atq; ipfis postea ante urbem, tanquam Dijs,
Pinguis culti iugera campi separauero.

39 Ita tūc quidē circa conuiuū toto die delectabātur.

Mane uero ad nauem redierunt festinantes,
Atq; ipse cum eis Lycus ibat, innumeris cumulans
Munuſculis auferre, simulq; filiū domū emisit redi-

Ibi aut̄ Abantiadem, inuictum inuasit fatum (re.
Idmona, uaticinio insignem. Verū illū neq; quicq;
Vaticinia adiutarūt: quoniā necesse erat corrupti-

Iacebat enim in palustri loco, arundinosi fluuij,

Horrens latera, & uastum luto uentrem

Aper, albis dentibus, sœuum monstruum, quem qui
dem ex ipsæ (hominum

Nymphæ palustres extimescebant: neq; quisquam
Sciebat, qualis in uasto pascebatur ceno.

40 Porro luculentι ad crepidinem fluminis

Venit Abantiades. hic autem ex in de improviso,

Altè admodū, ex canis subsiliens, percussit femur
Impetuose, mediosq; cum osse neruos dissecuit.

Acutum autem ille uociferatus, in solū concidit. alij
uulnerato

Collecti occlamarunt. intenditq; subito horrenti

Peleus telum irritum, in paludem relapsō

Apro. proruit uero iterū contrarius, sed ipsum Idas
Saucianit, frendēs uero ab acuto collapsus spiculo,
Ethunc

Ethunc quidem humili liquerunt ibi prostratum.
 Illum uero socij ad nauem gestabant palpitantem
 Tristes, manibusque suorum immortuus est so-
 ciorum.

Tunc autem navigationis quodammodo prohibiti sunt instituto,
 Propterque funus mortui manserunt tristantes.
 Dies autem tres integros lugebant. sed altero ipsum iam
 Curabant magnifice, una parentabat et populus,
 Ipso cum Rege Lyco. iuxta autem multa pecora,
 Sicuti fas est mortuis, funebria iugulabant.
 Atque equidem effossum est uiri, in terra illa,
 Sepulchrum, monumentumque inest etiam poste-
 ris uideri,

Nautico ex oleastro phalanx, uiretque folijs,
 Promontorium paululum infra Acherusium. si ue-
 ro me uel hoc

Par est, audacter prae Musis, loqui:
 Hunc patronum urbis indicauit Bœotij,
 Megarensibusque Phœbus, manifestè inuocare.
 Circa hanc phalanga antiqui oleastri 42
 Urbem iacere, illaque pio pro Aeolida,
 Idmone in hodiernum Agamestora uenerantur.
 Quis uero tandem mortuus est alius, postquam et
 insuper rursus exaggerarunt

Heroes tunc sepulchrum, extincti socij?
 Duo enim illorum adhuc monumeta uidetur uirorum.
 Agniaden Tiphyn interisse fama est: neque ei erat

Fatum, post hac nauigare longius, sed certe et huc
 Ibi subitus procul à patria sponuit morbus,
 Interea dum Abantia dæ cadauer sepeliret cœtus,
 Immensum ergo, graue ob iacturā, macerore cepe-
 Namq; & illum ut primū sepelierunt (runt,
 Ibi, præ ægritudine pelagus ante prolapſi
 Transp̄arenter conuenienter uelati, neq; cibi
 Memores erāt, neq; potus, sed macerarūt doloribus
 Animum, quando ualde multum à ſperreditus erat,
 Ac sanè quid ulterius exanimati fuſſent prohibiti,
 Nisi forte Angæo singularem inieciſſet Iuno
 Audaciā, quem Imbrasias iuxta aquas Astypalæa
 Peperit Neptuno. ſupra modū enim egregiè inſtru
 Gubernare. Pelea ergo qdortus dixit: (Eius erat
 Aeacida, quo pacto honestū, contemnētes certamī
 Terra in peregrina diu eſſe? nō enim Martis (na,
 Peritum existētem me tan̄ū, ducit ad uellus Iafon,
 E Samo: quantum etiam peritum nauium,
 Proinde nullus metus pro naue fit,
 Cum & alij hiç gnari uiri ſint; (glexerit
 Quorū quemcunq; puppi præfecerimus, nullus ne-
 Nauigationē. Idcirco celeriter admonens hæc om-
 Intrepidè, accende, meminiffe certaminis. (nia
 Sic fatus, eiusq; animus gliscebat gaudio.

42

Statimq; non diu pōſt, in medio dixit:
 Miseri, quid certe dolore ingentē cepimus fruſtra?
 Uli enim tandem eo, quod ſortiti ſunt, fato interierūt.
 Nobis

Nobis autem sunt gubernatores cœtui, (fectionē,
Et quidem multi. quapropter ne quid reijciamus pro
Proni resurgite ad opus, discutientes tristitiam.

Illū uero rursus Aesonis filius perturbatus, affatus
Aeacida, ubi illi gubernatores sunt, (est:
Quos quidem coram peritos gloriāmūr esse?

Illi uero mœsti, me plus perturbarunt.

Vnde & cum mortuis malum præfigio exitium,
Si uidelicet neq; saui ad urbem Aeetæ
Licuerit, an in Græciam redire

Per petras, ibi q; nos teget
Ingloriè malum fatum, frustrâ senescentes. (pit
Sic locutus est. Angæus uero ualde diligenter exce-
Nuem celerem gubernare; etenim Deæ impeile-
batur instinctu.

Hunc pōst Erginus, & Nauplius, Euphemusq;
Incitabantur, gubernandi cupidi, sed sanè illos
Cohibuerunt. Angæus uero multi applauferūt socij
Mitutini, Ceterū n tandem duodecimo inscenderūt
Die: tunc enim ipsis Zephyri plenus uetus spiraue.
Nec mora aut Acheronta præterlegerūt remis (rat.
Expanderuntq; confisi uento carbasa, ac multū ul-
Velis passis, secuerūt nauigationē sereni. (terius

Statim uero Callichori ad ostia fluuij
Deuenerunt, ubi tradunt Louis Nyseum filium,
Indoru quando gentem linquens, coegit Thebas
Orgia celebrare, instaurareq; choreas antrū ante,

43

f s Q'g

Quis in horrendas sacras dormiebat noctes,
 Ex quo Callichorum fluuium circumhabitantes,
 Simulatq; Aulion antrum cognomine vocitarunt.
 Hinc Stheneli monumentum uiderunt Actoridæ,
 Qui quidem Amazonidum truculento ex bello
 Iterum reuersus. Etenim redijt una cum Hercule,
 Ictus sagitta, ibi in maritimo mortuus est litore.

Nec tum multū ulterius postea promouerunt. misit
 Proserpina umbram flebilem Actoridæ, (enim ipse
 Obscurantē paululū modō cōtribules uiros intueri.
 Sepulchriq; in summo stans, contemplabatur nauē,
 Talis existens, qualis in bellum profectus. circum
 autem illustris,

Quatuor cristi purpureo cono radiabat galea.
 Atq; sanè idem iterum subiit uastam caliginem. illi
 autem intuiti,

Obstupefacti sunt. At qui eos ursit uaticinās appellebant
 Ampycides Mopsus, libisq; placare. (clere
 Illi ergo uelociter collegerunt uelum, eiſcientes
 Retinacula, in litore Stheneli tumulum circa o-
 cupabantur. (corum.

Libaminaq; ei fuderunt, ac cremarunt entoma pe-
 Absq; aut rursus libaminibus, Neosso Apollini
 Ara instaurates, pecora cōburebant. atq; Orpheus
 Suspendit lyram, ex quo Lyra nomen est loco.
 Portinus uero ipsi uento inuitante concenderunt
 In nauem, uelum pandentes extenderunt

Ad pedem

Ad pedem utrumq; ipsaq; per pelagus ferebatur.
 Intense, tanquā aliquis per aera in sublimi accipiter
 Alas accommodans auræ fertur uelox, neq; quatit
 Lationem, quietis immotus existens alis.

Ideo Parthenij fluenta maritimi, 44
 Tranquilli fluuij præter nauigarunt, quo in filia
 Latonia à uenatione, quando cœlum ascendit,
 Suum corpus gratissimis reficit aquis.
 Nocte q; deinde incessanter ulterius concedentes
 Sesamon, excelso præterierunt Erythinos,
 Crobialon, Crommamq; et syluosum Cytorum.
 Hinc postea Carambin, cum Solis radijs
 Præter nauigantes, penitus deinde progredieban-
 tur remis

Aegialon toto die, simulq; ad diem nocte.
 Continuoq; Assyriā uenerunt in terrā, quo Sinopē
 Filiam Asopi collocarat, et ei dederat
 Virginitatem Iupiter ipse, pollicitis circumuentus.
 Etenim ille amorem desiderabat, annuitq; idem ei
 Se gratificaturū, quodcūq; suo in animo cōcepisset.
 Illa suam uirginitatem petebat astutē.

Sic etiam Apollinem decebat, concubere
 Flagitantē, fluuiūq; ad hos Halyn, neq; sanè uirorū
 Eam quispiam desiderabilibus ulnis domuit.
 Hic autem Thessali nobilis Deimachi 45
 Filij Deileon, nec non Autolycus, Phlogiusq;,
 Interim dum Hercule derelicti, habitarunt.

Qui

Qui quidem tunc, ubi intellexerunt nauigationem
Argonautarum,

Eos ipsoſ ſedulo interpellarunt orantes: (uem
Neq; amplius manere uoluerunt prorsus, ſed in na-
Zephyro protinus leniter ſpirante ingreſi.

Hiſq; ſimul poſtea ueloci aſportati aura, (Irin,
Liquerunt Halyn fluuium, liqueruntq; propinquū
Atq; uel Aſſyriæ alluuiionem terræ. die uero ipſo
Flexerūt Amaꝝonidum de longe portuosum litus.

Vbi quondam progressam Aretiada Menalippen,
Heros Hercules inſidijs excepit, atq; ei precium
Hippolytæ balthicum inſignem tradidit

Pro ſorore, illeq; intactam reddidit.

Cuius illi in ſinu, oſtia ad Thermodoontis (tibus.

Appulerunt, quoniā et pontus turbabatur aduetan-

46 Huic autem nullus fluuius ſimilis, neq; fluenta
Tot in terram fundit ex ſe, ſeparatim mittens.

Quatuor ad centum opus habuerit, ſi quis ſingula
Numeret: una autem ſola erat origo,

Quæ quidem ex montibus defluit in terram

Excelsis, tanquam dicunt Amaꝝonia claudi,

Inde autem altiorem diſpergitur intus ad terram

Retro, quare eꝝ diuersi ſunt meatus:

Semperq; alio aliis, ubi adeptus maximè

Terrā humile, defertur nunc quidem procul,

Nunc uero prope: multi uero obſcuri ſunt,

Vbi emittuntur. ipſeq; manifeste miſtim paucis,

Pontum

Pontum in Euxinum sub curuum prorumpit litus.
At certè cunctantes, cū Ama \tilde{z} onibus cōseruissent
Prælium, ac non sine sanguine confuxissent.
Non enim Ama \tilde{z} ones ualde circumspctè, neque
æquitatem

Venerantes, campum Dœantium inhabitant:
Sed iniuria luctuosa, & Martis opera curæ sunt.

Etenim è genere erant Martis & Harmoniæ
Nymphæ, quæ Marti bellicosas peperit filias,
In syluæ Acmonij concavitatibus mista:

Nisi ex Ioue uenti iterum Argestæ
Orti fuissent, illiq; uento curuum reliquissent litus;
Vbi Themiscyriæ Ama \tilde{z} ones armabantur. 47

Nec collectæ in una urbe, sed per prouinciam
Discretæ, in tribus tripliciter habitabant,
Seorsim quidem: quæ ibi, quibus tunc præfuit
Hippolyte, seorsim etiā Lycastiæ habitabat. (Iero,
Seorsim deniq; Acontoboli Chalesiæ. die autē al-
Nocte q; transacta, Chalybū ad terrā delati sunt,
Quibus neq; boū aratio curæ est, neq; aliqua alia
Plantatio fructus dulcis: neq; sanè illi,

Greges rosida in pascua pascunt,
Sed ferream rigidam terram proscindentes,
Mercimonii comparant uictuale. neq; unquā ipsis
Aurora oritur, laboribus absq;: sed atra
Fuligine, & sumo laborem grauem sustinent.
Hos autē post, statim deinceps Genetæ iouis litus

Præter

Præterlabētes, ferebātur præter Tibarenida terrā.
Vbi postquam pepererint à uiris liberos, uxores,

Ipsi quidem plangunt lectis affixi,

Capita ligati: illæ uero diligenter tractant cibo.

Viros, atque balneas puerperio conducentes illis
parant, (transierunt,

48 Hieron autem tunc post hos montem & terram

In qua Mossyncæci per montes habitant,

In ligneis domibus, atq; ipsi cognomines inde sunt.

Varium autem ius & leges illis sunt. (pulo,

Quæcunq; enim manifestè facere fas, aut in po-

Aut foro, hæc omnia in ædibus exercent.

Quæcunq; uero domi nos agimus, illi foris

Liberè, medijs agunt in plateis. (tanquam

Neque concubitus uerecundia publica, uerum sues

Armentales, neque uel minimum metuentes præ-
sentes;

Miscentur humi, communi concubitu mulierum.

Porrò in altissima Rex domo sedens,

Aequa multis iura populis dictitat,

Seuerus. si enim alicui iura reddendo errauerit,

Fame ipsum eo die includentes afficiunt.

Hos prætereuntes, atq; propè ulterius, (bus

Insulæ Aretiadis secuerūt nauigationē remigrationi

Diurni. secunda enim sub crepusculū defecit aura,

Cum aliquam desuper Areiam ingruentem,

Incolam insulae per aera, auem confexerunt:

Quæ

Quæ qdē concutiēt alas, in nauē citatā (humero
 Iaculabatur in eam pennā acutā, quæ lœuo incidit
 Magnanimi Oilei. dimisit ergo manibus remum
 Ictus: alij uerò obſtupuerūt, alatā sagittā cernētes.
 Ac illam quidem extraxit aſſidens Erybotes,
 Vulnusq; ligauit, à ſua uagina
 Resoluens lorum penſile. uifa autem eſt
 Alia, ad priorem uolans: atqui ipsam heros (cū;
 Eurytides Clytius, ante enim curuos intēderat ar-
 Misit in auem celerem sagittam. uerū ubi
 Percuſſit, exanimata celerem decidit prope nauē.
 Illis ergo Amphidamas dixit, filius Alei:
 Insula qdem prope nos Aretias, ſcitis & ipſis
 Has aues uidentes. Ego uerò non opinor ſpicula
 Tantum ſuſſectura, in pulsationē: proinde aliquod
 Consiliū in eamus auxiliare. Si appellere (aliud
 Sustinueritis, Phinei memores, ut mandauit.
 Neq; enim Hercules, quando uenit in Arcadiam, 50
 Ploidas aues Stymphalidas ualuit de palude
 Propulſare ſagittis: id quidem ego ipſe uidi.
 Sed ille œreum crepitaculum in manibus mouens,
 Cum hasta in ſpecula alta: iſtæ uerò aufugērunt
 Procul, uehementi præ timore clamantes. (mentū,
 Quare & nunc tale quoddam excogitemus com-
 Ipſe uerò primus meditatus dicerem,
 Imponētes capitib. insignitas galeas triplici crista,
 Partim qdē remigate alternis uicibus, partim uerò
 Hastis,

Hastis, ensibusq; & scutis, protegite nauem.

Posthac omnes ingentem simul tollite clamorem.

Collecti, ut strepitum ob insolentiam formident,

Nutantesq; cassides, ac subleuatas hastas desuper.

Si autem ipsam insulam contigerimus, tunc deinde

Cum clamore scutis immanem excitate sonum.

Hoc modo inquit: omnibus autē salubre placuit cō-

Aereasq; galeas capitibus imposuerunt, (filium,

Terribiliter micantes, inq; cristæ quatiebantur

Purpureæ: & alij quidem per uices remigabant,

Alij uero hastis & scutis nauem munierunt.

¶ Haud secus ac lateres operit satis ardua tecti

Culmina quis, decus ut pluuiæ sint, præsidiumq;;

Alijq; continuè alias simul mutuo aptatus est:

Sic illi scutis nauem stipantes protexerunt.

Qualisq; clangor bellico est ex tumultu,

Militum incitatorū, quando cōmittuntur cohortes:

Talis sanè in alto nauis ad aera spargebatur cla-
mor. (quando insulæ

Neq; aliquam auium præterea conspexerunt. sed

Appropinquantes scutis insonuerunt, continuo ue-
ro illæ

Innumeræ, huc illucq; aufugientes auferebantur.

Quemadmodū cum Saturnius densam effudit grā-
dinem,

E' nubibus, super urbē & domos: illi uero sub ipsis,

Incolæ, strepitum tectis super audientes,

Sedent

Sedent tacite, quoniam non deprehendit ipsos tem-
pestatis tempus

Improuiso, sed antea protexerunt domum.

Ita densas pennis in illos iaculatae aufugientes,

Altè ualde trans mare, extremæ ad montes terræ.

Quæ uero Phinei sententia erat? huc appellere

Argonautarum nobile germen. aut etiam deinde,

Qualis utilitas erat desiderantibus ire?

Filij Phixi ad urbem Orchomeni,

Ex Aeâ nauigabant, ab Aeeta Cytæo, (rent

Colchica nauem ingressi, ut immensas opes occupa-

Patris, qui forte moriens imposuit hoc iter.

Atq; erant quidē insulam admodū propè, die illo.

Jupiter autem uenti Boreæ uim excitauit spirare, § 2

Aqua significans humidā uia Arcturi, (motauit,

Postquam ille interdius quidem in montibus foliæ

Paululum in summis lenis remis: (uitq; procellas,

Nocte uero incidit in pontum uehementer, cōmo-

Reboans flatibus, atq; cœlum caligo (uisu

Texit, neq; alicubi astra transparentia apparebant

E' nubibus. sed tenebrosa circum caligo inhæserat:

Illi autem humidi, tristem horrentes interitum

Nati Phixi, iactabantur à fluctibus paſſim.

Vela enim dilaniarat uenti impetus, atq; penitus

Nauem in duas partes fregit, quassatam undis.

Tunc instinctu Deorum quatuor existentes,

Lignum corripuerunt ingens, ueluti multa

Laceratae dissipata erant ualidis cohæretia clavis,
 Et eos quidem in insulam propemodum è morte,
 Vnde commotionesq; uenti ferebant exanimatos.
 Illico autem effusus imber immēsus cōpluit pōtum,
 Et insulam, atq; totā quācūnq; ex aduerso insulæ,
 Insulamq; & continentem translitoralem, prope
 insulam,

Regionem Mossynceci impudentes incolunt.
 Illos autem cum prægrādi ligno procellæ impetus,
 Filios Phixi ad litora deuoluit insulæ,
 Nocte sub obscura, ipsaq; immensa ex Ioue aqua
 Conquieuit unā cum Sole. Statim uero propè obuij
 Inuicē. Argusq; prius cœpit sermonē: (sunt factū
 3 Obsecramus ppter Iouē respectore, quicūq; estis
 Viri, fauere & opitulari miseris.

Ponto enim immanes ingruentes procellæ,
 Nauis misellæ ligna omnia dissiparunt,
 Quam afflicti simul ex necessitate ingressi.
 Ideo nūc uobis supplicamus, si nō dedignati fueritis,
 Dare aliquātulū uestitus circa corpus, atq; recipere
 Viros miseris, & quales in afflictione. (mini
 Proinde supplices peregrinos, Iouis causa amplexa-
 Hospitalis, supplicisq; Iouis utriq;, supplicesq;
 Et hospites, ille & propitius nobis est. (contatus,
 Quem tunc iterum Aesonis filius diligenter per-
 Vaticinia Phinei ratus absoluta esse:
 Ista qdē cōtinuò omnia cōmunicabimus beneuoli.

Quin

Quin tu mihi commemora uerè, quò terrarum
 Nauigatis, negotium quale trans mare nauigare
 Ipsorum uestrum nomen insigne atq; genus. (coegit.
 Hunc Argus excepit, attonitus malo: (esse
 Aeolidē Phrixū quendā, & Græcia Aeam profectū
 Haud dubiè, opinor, audiuitis et antè ipsi,
 Phrixum, qui urbem ingressus Aeetæ,
 Arieti infidens: hunc profectò aureum fecit
 Mercurius, uellusq; etiamnum uidere potueritis,
 Suspensum in hirsutis quercus ramis.
 Eum postea immolauit, ipsius mandato,
 Phrixio ex omnib. Saturnio Ioui, ac ipsum suscepit
 Aeeta hospitio, filiamq; illi collocauit
 Chalciopeu indotatam, prouidentia mentis.
 Horum amborum de genere sumus, quamquam hic
 Senex mortuus Phrixus, in Acetæ ædibus. (qdē iā
 Nos uero protinus, patris mandatorum memores,
 Nauigamus ad Orchomenon, boñoru Athamatis
 Si uero et nomina forte cupis cognoscere, (causa.
 Huic Cytisoro est nomen, illi Phronti,
 Isti autem Melæ, meq; ipsum appellaueritis Argū.
 Sic fatus: heroes autem ob occursum gauisi sunt,
 At ipsos amplexabātur demirātes. cæterum Iason
 Rursus rite respondit, talibus uerbis:
 Profecto cognati paterni nobis existentes,
 Oratis beneuolos subleuare miseriam.
 Cretheus enim, et Athamas, fratres extiterunt.

Crethei autem nepos ego, cum his socijs

E Græcia ipse uenio, ad urbem Aeetæ,

Verum ista deinceps conferemus inuicem.

Iam autem induite prius. consilio enim opinor

Deorum, in manus meas egentes uenisse.

Dixit, atq; ē nauē largitus est illis uestes induere,

Simulq; unā omnes posthæc perrexerunt ad tem-

Immolantes oues, anteq; arā stabant (plū Martis,

Certatim, quæ extra excelsum erat templum,

Lapillis: intus autem ater lapis impositus erat

Sacer, quo quondā cūctæ Amaꝝones sacrificabāt;

Neq; eis fas erat, quando ex ulteriore uenissent,

Ouium aut boum isti aræ sacra cremare,

Sed equos cædebant, diligenter quos saginarant.

Porrō ubi immolarunt, atq; instructas epulas de-

gustarunt,

Tūc certè Aesonides interpellauit cœpto sermone:

54 Jupiter ipse singula respicit, neq; enim homines
Latemus perpetuò, qui pīj atq; iusti.

Nam patrem uobis eripuit a cede

Nouercæ, & separatim immensas tribuit ei opes:

Sic & uos rursus integros seruauit (nauē,

A tempestate periculosisima. adestq; etiam in hac

Huc illucq; ire, quò libitum, siue ad Aeam,

Seu ad Phthiam incliti urbem Orchomeni.

Hanc enim Pallas fabricauit, & secuit ferro

Ligna, Pelaco in cacumine egregiè cūm ea Argus

Parauit:

Parauit: sed illam uiolenta procella attenuauit:
 Priusquam petras propè ueniremus, quæ in ponto
 Angusto concurrunt toto die ad inuicem.
 Proinde agite huc, et ipsi in Græciam cupientibus
 Vellus asportare aureum, adiutores nobis este,
 Nauigationisq; duces: postquam Phrixo sacra
 Venio perfecturus, propter Iouis iram Aeolidis.
 Dixit admonens illi uero obstupuerunt audientes:
 Neq; enim crediderunt habituros mitem Aeetam,
 Pelle abducere arietis culpiëtes . ita uero fatus est
 Argus, mœstus talem profecitionem suscepisse:
 O amici, nostræ quidem quantæ quantæ sunt uires,
 nequaquam auxiliij (ciderit.
 Exortes fuerint, neq; si uel paululum necessitas in-
 Sed nimis incomparabili saeuicia præditus est
 Aeeta, unde & supra modum metuonauigare.
 Perhibetur autem Solis filius esse: circaq; Colchos
 Gentes habitant innumeræ, ut uel Marti
 Terribili uoce, ingentiq; robore æquiparari possit.
 Non quidem nullo modo auferre uellus Aeetæ
 Facile, talis ipsum Draco circum obseruat
 Indomitus, & absq; somno, quæ ipsa terra produxit
 Caucasi in saltibus, Typhaonia ubi petra.
 Ibi Typhaonem tradunt Iouis Saturnij fulmine
 Percussum, quando illi sceleratas adferret manus,
 Feruentè à capite declinasse necē peruenit uero sic
 Ad montes & campum Nyseion, ubi etiamnum



Lacet, mersus Serbonidis sub aqua paludis,
 Sic fatus, multis uero pector perfudit genas
 Statim, tale certamen quando audiuerunt, continuo
 uero Peleus

Audacter uerbis respondit, dixitque:
 Ne tam, suauissime tu, uehementer time animo:
 Neque sic uiribus destituimur, ut deteriores
 Simus Aeeta cum armis decernere.
 Sed et nos autumo peritos belli,
 Illuc festinare, beatorum propè de sanguine cretos.
 Quapropter nisi cum benevolentia pellem auream
 cesserit,
 Non ei patrocinaturas spero gentes Colchorum.
 Sic mutuo per uices confabulabantur.
 Deinde cibo saturati, consopiti sunt.
 Manè uero experrectis, lenior spirabat aura.
 Carbasa tunc expandebant, illa uero ad motu ueri
 Extendebantur, statimque insulam liquerunt Martis.
 Nocte uero incidente Philyreidam insulam præ-
 terlegerunt. (Olympos)

Ibi quidem coelestis Philyræ Saturnus, quando in
 Titanis imperauit, ipse uero Cretensi sub antro
 Jupiter adhuc Curetibus nutriebatur Idæis,
 Rheam decipiens, concubuit: istosque lecto
 Deprehendit Dea in medio, è lecto crumpens ille
 quidem
 Profiliuit, setoso secundum naturam equo similis.
 Ipse

Ipsa uero pudore regnē & locū istum relinquens
 Oceanis Philyre, in montes arduos Thessalorum,
 Illuc ubi Chironē monstrosum, partim quidē equo,
 Partim deo similem, ambiguo peperit concubitu.
 Inde autem tunc Macronas, ampliāq; Bechirōrum
 Terram, ac superbos præternauigarunt Sapiras.
 Byzerasq; ad hos. ulterius enim usq; perrexerunt
 Celeriter, secundo impulsu vento.

Et tunc nauigantibus sinūs apparuit ponti;
 Simul Caucasi montis emerserunt apices 55
 Excelsi, ubi membra circum duris vinculis
 Ligatus ferreis pedicis Prometheus,
 Aquilam epate pascebatur subinde reuertentem.
 Quam quidē in summa uiderunt uespertinam, acu-
 Naxe tranq̄uentem nubes propè, attamen (to sibilo
 Vela omnia quassauit remigans alis.
 Non enim illa aeris naturam habebat aus,
 Sed similiter habilibus alas commouit remis.
 Diu autem nō post, miserabilem audierunt uocē,
 Epar retrahentis Promethei: in sonuitq; æther
 Eiulatu, donec rursus à monte tentantem
 Aquilam immanem, eandem uiam confexerunt.
 Nocturni uero Argi peritia contigerunt
 Phas in latefluum, atq; ultimos fines ponti.
 Continuò ergo uela quidem, & antennam in cauā
 Histodocen colligentes reposuerūt. adhæc et ipsum
 Malū statim submiserunt declinanter, moxq; remis
 8 4 Ingressi

Ingressi sunt fluminis alueum ingentem. Verum il-
lud ubique

Stridens cedit habebant uero ad laeuam manus,
Caucasum altum, Colchiacamq; urbem Aeæ.

Inde rursus campum Areium, sacraq; nemora
Illi Dei, ubi uellus Draco tuebatur custodiens,
Suspensum hirsutis in quercus ramis.

Ipse autem Iason aureo in flumen poculo,

Vini meri dulcia fundebat libamina,

57 Terræq; patrijsq; Dijs, manibusq; mortuorum
Heroum: orabatq; innocui ut essent patroni
Beneuole, et nauis solita refugia susciperent.

Protinus uero Angæus talem sermonem subiicit:

Colchicam quidem terram attigimus, atq; fluenta

Phasidis tempus ergo nos inter ipsos consultare,

An comiter potius tentare uelimus Aeetam,

Vel aliud quodcumq; opportunum erit consilium.

Sic inquit. Argi uero tunc hortatibus Iason

Altè nauem iussit anchoris immersare,

Densam ingressos + uluam, quæ propè erat,

Diuertentes, ubi illi per noctem pernoctabant.

Aurora autem nō post diu desiderantibus apparuit.

A P O L L O N I I R H O D I I

Argonauticorum Liber tertius.

Eia age nunc Erato assiste, mihiq; expone son
Inde, quo modo ad Iolcū asportauit uellus La-
Medeæ

*Vel arundis
netum,
Ex.*

Medeæ amore. Tu enim & Veneris portionem
 Sortita es, innuptasq; tuis curis mulces
 Virgines, ideo & tibi amabile nomen inditum est.
 Postquam illi quidem densis latenter in canis
 Manserunt Argonautæ delitescentes: ipsæ uero ui-
 Juno Mineruaq; ab Ioue ipso, alijsq;
 (derunt
 Immortalibus seorsim dijs in thalamum uenientes,
 Consultarūt. aggrediebatur aut Palladē primūm Iu-
 Isā nunc prior nata Iouis de prome consiliū, (no:
 Quam caussam, aut dolū quē excogitabis, quo ad-
 Aureum Aeetæ in Græciā uellus auferrent, (epti
 Aut ipsum uerbis demulcentes persuaderent
 Blandis. enim uero truculentus est uehementer:
 Attamē nullum experimentum negligere oportet.
 Sic fata. hanc illico Pallas uerbis retaliauit:
 Atq; ipsam me, eadem in animo uoluentem,
 Juno rectè rogas. Etenim nondum
 Excogitare uideor talem dolum, qui profuerit
 Animo Argonautarū: uaria tamē meditata cōsilia.
 Dixit, atq; in solo ante pedes oculos fixos habue-
 Bis fariam meditantes inter se, statimq; Juno (runt.
 Talem cōmenta prior exposuit sermonem:
 Age eamus ad Venerē, profectæ uero ad eā ambæ,
 Cupidini suo dicere admoneamus, si dignetur
 Filiam Aeetæ ueneficam suis spiculis
 Delinire iaculatus in Iasonem, quem opinor
 Illius auxilio in Græciam pellem ablaturum.

Sic qđē dixit, prudens aut̄ complacuit consiliū Pal-
Et ipsam uicissim deinde exceptit blandis: Cladi,
Iuno, expertem quidē me pater genuit huius ictū,
Neq; aliquam rem delinitiuam noui amoris.

Si autem tibi ipsi sententia arridet, profecto ego
Acquieuero. Tu uero exponas mētē, ubi cōueneris.
Dixit, atq; incitat̄ ad magnificā domū cōtenderū
Veneris, quam sanè illi extruxit coniunx claudus,
Quando ipsam primō ab Ioue duxit coniugem.

Mœnia autem ingressæ, sub porticu thalami
Steterunt, ubi adornabat dei lectum Vulcani. (rat,

3) Verū ille quidē ad officinā et incedes manē rēdie
Insulae erraticæ latum in sinum, in quo omnia
Ingeniosa fabricauit * adiumento ignis. ubi certè sola
Sederat in domo, uersatili sup folio, ē regione ostij,
Niueis utring; comas induit humeris
Comebat aureo pectine, prolixosq;

Cōcinnatura erat capillos: sed illas antē cōspicata
Supersedit, introq; prouocabat, simul ē throno exci
Locauit sup thronis. cæterū postea et ipsa (tata est,
Resedit, impexosq; manibus colligauit capillos.

Huiusmodi uero subridens, affata blandis est:

4) Suauissimæ, quæ mens huc, quæ ue res adigit
Seras: unā huc uenitis, neq; quid antē
Frequenter commeantes, ut quæ Deas præstatis?
Illam autem Iuno talibus retalias allocuta est:
Ludis, nobis autem cor turbatur calamitate.

*Vel motu,
grīpī*

Iam

Iam enim in fluvio Phaside nauem detinet;

Aesonides, atq; alij qui pellem sequuntur.

His qdē omnibus sane, quoniā propè opus est, (pue-

Metumus uehementer: pro Aesonida uero præci-

Hunc quidem ego, et si ad infernum nauigarit,

Soluturus ferreis Ixiona de catenis,

Seruabo, quantum in meis robur est membris,

Vt ne derideat Pelias, fatalem interitum elapsus;

Qui me insolentia, sacrorum immunem fecit.

Et alias etiā, & antea mihi ualde amatus est Iason,

Ex quo ad alueum satis abundantis Anauri,

Hominū recta facta examinanti obuius factus est,

A uenatione rediens. nunc aut̄ operiebantur cūcti

Montes, & speculæ arduæ illiq; inter se

Torrentes cum strepitu uolutati ferebantur.

Anui me assimilatā miseratus est, atq; subiens (quā.

Ipse suis humeris, per impetuosam transferebat a-

Ideo nunc mihi inde sinenter usq; adeò redamatur:

neq; pœnam

Dare poterit Pelias, nisi tu redditum tribueris.

Sic fata. Venerem autem insolentia mouit uerborū, 5

Stupebatq; supplicantem Iunonem sibi intuens,

Ipsam tamē deinde familiariibus allocuta est uerbis:

Veneranda diua, utinam nihil deterius aliud esjet

Venere si te orantem neglicerem, (sent

Siue uerbo seu facto, quod manus istæ efficere pos-

Imbecilles, ac neq; aliqua mutua gratia sit.

Sic

Sic ait, Iuno uero iterato diligenter respondit:
 Nequaquam uiriū egentes uenimus, neq; etiā manū,
 Sed tantummodo quieta tuo manda nato,
 Virginem Aeetæ accendere amore Iasonis.
 Si enim ei illa fauerit beneuola,
 Facile ipsum adeptum pellem auream arbitror
 Reuersurum esse in Thessaliam: nam prudens est.
 Sic inquit. Venus uero ambabus respondet:
 Iuno, Pallasq; morem gesserit uobis potius,
 Quād mihi. Vestri enim, impudenti licet existēti,
 Aliquareuerentia erit in conspectu. sed me
 Non obseruat, uerū crebro contendens spernit:
 Ita ut ei parata fuerim uicta indignitate,
 Vnā cū arcu infausta frangeret spicula
 Palam. ita enim comminabatur offensus,
 Nisi procul manus, dum adhuc iræ imperaret
 Abstinerem meas (se scilicet effecturum ut) po-
 sterius succenseam mihi metipsi.
 Sic fata subriserūt aut diuæ, & intuebatur eōtrā
 Altera alteram. ipsa autem deinde commota dice-
 re cœpit: (cesse est
 Alijs dolores mei pro ridiculo sunt. neq; etiam ne-
 Narrare omnibus, satis sciens & ipsa.
 Iam uero, quando uobis lubitum est hoc ambabus,
 Periculum faciam, atq; ipsum orabo, neque inobe-
 diens fuerit.

6 Ita inquit illā uero Iuno tenera apprehendit manus
 Taciteq;

Taciteq; ridens uicissim respondit:
 Sic nunc Cytherea hanc rem, ut dicis,
 Effice protinus, ac ne quid iratas sis, neq; contendas
 Commota tuo cum nato: cedet enim postea.
 Dixit equidem, & liquit sedē, secutaq; Pallas est.
 Egressæ ambæ istæ reuersiuæ. Venus uero & ipsa
 Perrexit transire Olympi plicas, si illum inueniret.
 Inuenit autem seorsim Iouis florenti in campo.
 Nō solum, sed unā Ganymedem: quē certe Iupiter
 In cœlum transtulit familiarem immortalibus,
 Pulchritudinem amplexus. cum talis autem illi
 Aureis, tanquam pueri familiares, ludebant.
 Atq; ille quidem iam prorsus plus (scilicet astraga-
 lorum) sub pectore
 Demens Cupido sinistræ tenebat manus in concavitate
 Rectus stans, blandusq; circa genas
 Colore erupit rubor. ille uero propè geniculatim
 stetit, (bat, alium adhuc sic
 Tacitè tristatus: duos autem (scilicet talos) habe-
 Super alium mittens, succensebat ridenti.
 Atqui illos subito ad priores perdens, (uerit
 Abiit uacuis cum manibus, turbatus. neq; animad-
 Venerem superuenientem, quæ quidem contrasta-
 bat puerum,
 Ac ipsum continuò mentotenus apprehēdens dixit:
 Quid uero rides, malum infandum? an' ne ipsum ita
 Circums

A P O L E O N I I

Circumuenisti, nec sancè legitimè uicisti, insciuti
existentem?

Age uero mihi promp. è confice rem, quam dixerò.
Et profectò donauero Iouis eximum munusculum
Illud, quod ei fecit cara nutrix Adrastea,
Antrò in Cretensi, adhuc infantilia sapienti,
Sphæram uolubilem, qua non tu munus aliud
Manuum Vulcani acciperes pulchrius.

Aurei quidē illi circuli fabrefacti sunt, inq; singulis
Duplices absides orbiculares circumducuntur,
Octultæq; cōmissiones sunt. hedera uero currit per
Pallida: uerū si ipsam tuis manib. ieceris, Comnes
Stellæ instar flagrantis per aera sulcum traheret.
Illam ego donabo: sed tu uirginem Aeetæ
Inflamma, iaculatus, in lasonem. neq; aliqua sit
Mora: alioqui minor gratia fuerit.

Sic inquit. illi autem gratus sermo fuit audienti,
Deliciasq; abiecit omnes, atq; ambabus uestem
Fortiter utring; Deæ tenebat apprehendens.
Efflagitabat' que illico tradere sine mora. ipsa uero
Obuiam uerbis, adtractis genis (suanibus
Osculabatur complexa, responditq; ridens:
Sciat nunc id tuum carum caput, atq; meum ipsius.
Profectò quidem donum exhibebo, neq; fallam,
Si infixeris puellæ spiculum, Aeetæ.
Dixit: Verū ille talos collegit, splendidoq; (nisi.
Matris suæ diligenter omnibus numeratis inseruit si-
Moxq;

Moxq; pharetram aurea cum cinxit Zona
Ligneam, curuumq; recepit arcum,
Ac contendit ex Iouis domicilio per fertilē campū;
Cæterū ubi portis egressus Olympi
Aethereis, hinc declivis uia est
Cœlestis, duoq; poli extendunt uertices
Montium excelsorū, cæcumina terræ, ubi et ortus
Sol primis exit radij;
Infracq; alibi terra frugifera, et urbes hominum
Videntur, et fluiorū sacri fontes: alibi uero iterū
Apices, circaq; pontus per æthera multum eunti,
Heroes aut seorsim longè suæ super transstris nauis 8
In fluvio, intra arundines latentes consultabant.
Ipseq; Iason perorauit: illi uero audierunt
Tacite suo in loco ex ordine confidentes:
O amici, enim uero ego quod mihi complacuit ipsi
Narrabo, cuius uobis finem implere conuenit.
Communis res, communes etiam sermones sunt,
Omnibus simul. quisquis ergo dissimulanter men-
tem consiliumq; premens,
Sciat, et redditu hanc classem solus priuans.
Alij quidem in naui cum armis manete quieti;
Verum ego ad aulam concedam Aeetæ,
Filios capiens Phrixi, duosq; ad illos socios.
Tentaboq; uerbis priorem precatus,
Si uerò nō, cofiſsus potentia spreuerit aduenientes,
Sic

Sic enim ex ipso prius malum prospicientes (dam
Cōsultabimus, armis' ne conserendū, uel aliud quēd
Consilium auxiliare sit circumdatis necessitate.
Ne ergo frustra uiribus antē, quam uerbis tētemus,
9 Illum spoliantes sua possessione: sed prius
Satius, oratione flectere aggressos.

Sæpen numero enim facile oratio, quod uix effecerit
Robur, illud efficit ritē, sicut apparet, (aspernatus;
Mitis ille etiā, & quondam inculpatum Phrixū nō
Nouercæ dum effugisset dolos, patrisq; sacrificia,
Omnes postquā ubiq; & qui impudentissimus etiā
Hospitalis reueretur Louis ius, atq; obseruat.
Sic fatus, approbarūt aut iuuenes cōsiliū Aesonidæ
Vnanimiter, neq; erat seorsim qui aliud uellet.
Actunc quidem filios Phixi, Telamonemq; sequi
Concitauit, et Augeā: ipse uero corripuit Mercurij
Sceptrum, statinq; nauē per cannas & aquam
In sinum euaserunt, in editiorem locum campi;
Circæius qui uocatur, ubi plurimæ
Ex ordine miricæ, simulatq; salices enatæ erant,
Quibus & in summis mortui uinculis annexatur
Ligati. adhuc enim piaculum est Colchicis,
Mares extintos igne cremare. neq; in terra
Est fas tectos, de super monimentum infundere:
Sed in crudis inuolutos pellibus,
Arboribus suspendere procul urbem, aeriq; parem,
Et terræ sortita sortem, in terra sepeliunt

Fœminas;

Feminas hic enim mos legis est.

Illis ergo pergentibus, Juno bene uolens,

Aerem multū superinfundit per ciuitatē, ut latērent
Colchorum numerosam gentem, ad Aeetæ (scilicet
regiam) contendentes. (nerunt,

Continuò uero ubi è campo ad urbem & ædes ue-

Aeetæ, tunc rursus dissipauit nubem Juno. (regis,

Steterunt autē in uestibulo admirantes munitiones

Amplas portas, & columnas, quæ circum mœnia

Ordine eminebant: circuitusq; super domo

Saxeus, æreis columnis paratus erat.

Securi ergo ultra limina ingressi, iuxtaq; ipsa

Vites uirentibus amictæ folijs,

In altum sublatæ ualde floruerunt. subq; illis

Semp fluëtes fontes quatuor fluebant: quos effodit

Vulcanus. atq; hic quidem scatebat lacte,

Ille uero uino, tertius fragranti fluebat oleo.

Aliusq; aquam effundebat, quæ quidem occidētib. 10

Tepebat Pleiadibus, uicissim orientibus

Glaciei in morem è caua profiliebat petra.

Talia quidem in ædibus Colchici Aeetæ,

Ingeniosus Vulcanus fecit admirabilia opera.

Atq; ei æripedes tauros fecit, æreaq; ipsorum

Erant ora, ignis saeuam flamمام efflabant.

Insuper solidum rigidi ferri aratum

Cosmicus &c
casus &c cr-
tus.

Fabricarat, Eelio rependens gratiam, qui sane ipsum

Excepit, Phlegræo lassatum in prælio.

Hinc et media aula fabricata erat, in qua multæ
 Valuæ munitæ, thalamiq; erant, hinc inde.
 Pictaq; porticus extrâ utringq; fuit.
 Ex obliquo uero turre stabant in utraq; parte:
 Quarū uidelicet alia quidē, quæ et eminētior erat,
 Rex Aeeta sua cum inhabitabat coniuge:
 In alia uero Absyrtus, habitabat, filius Aeetæ,
 Quē qdē Scythica nympha enixa est Asterodæa,
 Priusquam legitimam duceret Idyam coniugem,
 Thetidis et Oceani minimam natu,
 Ac ipsum Colchorum filij cognomine Phætona
 Vocarunt, eo quòd cunctis anteibat iuuenibus.
 Illos aut̄ occupabant famulæ, simulq; Aeetæ filiæ
 Ambæ, Chalciope et Medea. hanc quidē illi (rūt.)
 Ex thalamo ad thalamū sororē accendentem (s. uide
 Juno enim eam detinuit domi. antea autem nō assi-
 dua ita erat
 In ædibus, sed Hecates toto die circa occupabatur
 Phanū. nam Deæ ipsa erat sacrificia.
 Et ipsos ubi cōspexit, confestim prorupit in clamor-
 rem, celeriter autem audiuit
 Chalciope, famulæq; foras abiijcentes
 Telas et fusos, densæ cunctæ
 Proruerunt, ipsaq; simul illis suos natos conspicata
 Altè præ gaudio manus fustulit. sic etiam et ipsi
 Matrem salutabant, et amplexabantur cernentes
 Læti, talem plorans protulit sermonem:
 Nequaquam

Nequāq uero debebatis negligenter me deserentes ii
Procul proficisci: uos enim reuerti fecit fatum.

Miseram me, quale desiderium, Græciæ ex quadā
Tristi, Phrixi præceptis redire. (noxa

Patris hic quidem moriens graues imposuit curas

Nostro cordi. quid enim urbem Orchomeni,

Quisquis iste Orchomenus, facultatum Athamā-
tis causa (potuistis?

Matrem uestram turbatam relinquentes proficisci
Sic fata. Aeeta autem postremus ueniebat foras,

Ipsaq; Idya coniunx uenit Aeetæ,

Chalciope audita, ipsaq; statim tota tumultu
Aula repleta erat. alij qdē uastū circa occupabātur

Taurum, sedulò ministri: alij ligna arida ferro

Disscabāt, nonnulli aquam igne calefaciebant: ne-
que quisquam erat,

Qui in officio suo cessaret, subseruiēs Regi. (cuus,

Interim autē Cupido liquidū per aera uenit incōspī

Irritatum tanquam teneris armentis ceſtrum

Incidit, quem crabronem boum uocant pastores.

Statimq; ante postem in uestibulo arcū intendēs,

Epharetra recentem luctuosam deprōpsit sagittā,

Leuibusq; fallens pedibus limen transgreditur,

Acutè circūspectans, ipsiq; paruus insinuatus est

Aesonidæ: tela medio imposuit neruo,

Subitoq; ambabus distendens manibus

Torsit in Medeam, illiusq; stupor corripuit animū.

Ipse uero sublimi retro ex regia (gine,
 Triumphans discessit, sagitta autem ardebat in uir-
 Infra sub pectore, igni similis: contrariaq; semper
 Iacit in Iasonem oculorum acies, atq; illi anhelarūt
 E pectoribus uehementes morbo mentes: neq; ali-
 quam aliam

Memoriā habet. dulcis enim obsedit animū dolor.

12 Non aliter, quām mulier candenti ab igne materiā
 superinfundit titioni

Paupercula, cui lanaria res curae est,

Vt familiarem noctu ignem excitare posset

Ocyus surgens: illeq; plurimus ex paruo

Torre suscitatus, materiam omnem consumpsit.

Talis sub pectore tectus ardebat occulte

Ferus amor, tenerasq; transmutarat genas

In pallorem, interdum in ruborem mōrōre mentis.

Ministri autem postquam ipsis parauerunt edulia,

Et ipsi calidis recreabantur balneis,

Et hilariter cibo potuq; animum refecerunt:

Tunc demum Aeetas suæ rogauit natæ

Filios, talibus admonens uerbis:

Natæ meæ filij, Phrixiq; quem quidē præ omnibus

Hospitibus, nostra in domo colui, (iactura

Quo pacto Aeam reuertimini reduces? an aliqua

Seruatis interea impediuit? non equidem mihi

Paruistis, ostendenti immensa uada uiæ.

Didici enim quondam patris in curru Eelij

Versatus,

Versatus, quando meam sororem deduxit
 Circen, Hesperiam usq; in terram, peruenimusq;
 In litus terræ Tyrhenicæ, ubi etiamnum
 Dagit admodum longe à Colchica terra. Cœrunt
 Sed quid uerbis opus? quæ aut in pedibus uobis fu-
 Narrate audacter, atq; qui nam illi qui sequuntur
 Viri, posteaq; insigni ex naue uenistis.
 Talia ipsum rogantem fratres ante,
 Argus sollicitus pro socijs Iasonis,
 Blandè respondit, nam maximus natu erat:
 Aeeta, illam quidem statim dissiparunt procellæ
 Violentæ, ipsos uero tabulis illapsos,
 Insulæ Martis ad terram eiecit unda,
 Obscura sub nocte. Deus aut aliquis nos seruauit.
 Neq; enim, quæ antea deserta in insula
 Morabantur aues Areicæ, neq; quipiam eas
 Inuenimus. Verum isti uiri fugarant, egressi
 Naue sua pridiè, ac ipsos retinuit
 Nostri misertus Iupiter, aut aliqua fortuna,
 Mox postq; et uictum satis, et uestes cōmunicarūt,
 Nomenq; Phrixii inclytum audientes,
 Atq; tui ipsius, ad tuam enim urbem ueniunt.
 Caussam uero si uis intelligere, non te celabo.
 Hunc quidam nitens à patria abigere,
 Bonisq; Regulus, indignè, eo quod uirtute
 Sua cunctis præstaret Aeolidis,
 Ablebat huc profici sci inuitum: neq; aufugiturum

13 Asseuerat implacabilis Iouis sœuam iram, (nas
Et indignationē, neq; ingens piaculū, Phrixīq; pœ.
Aeolidarū genus, priusquā in Græciā pellis redeat.
Nauē aut Pallas Athenea fecit: neq; omnino tale,
Quales Colchos inter homines naues sunt.

Hārum uilissimam nocti sumus. aceruatim enim eā
Insana unda uentusq; lacerarunt. hæc uero compa-
Aequaliter è uēto currit, et quādo uiri ipsi (ginibus
Indesinenter manibus incubuerint remis.

Hac excitans totius Græciae si quid optimum
Heroū, tuam ad urbem uenit, multas peragrans
Urbes, & profunda maris, si illi concedas. (uenit
Tibi uero quemadmodū placuerit, sic erit. nō enim
Manibus uim illatus, sed cupit digna rependere
Munere: audiens à me mirè infestos
Sauromatas, hos tua sub sceptrā rediget.

Si uero & nomen aliquatenus uis, genusq;
Cognoscere, qui nā sint, singula commemorauero.
Hunc quidē, cuius caussa à Græcia reliqui collecti
Dicunt Aesonis filium Iasonem Cretheidæ. (sunt,
Si uero ipsius Crethei uerè est de genere,

14 Sic consanguineus paternus nobis fuerit.
Ambo enim, Cretheus, Athamasq;, erāt filij Aeoli.
Phrixus aut rursus Athamatis erat filius Aeolidæ.
Hunc autem filium Eelij esse, si quem audis,
Cernis Augeam. Telamon uero hic, clarissimo
Ex Aeaco satus, Jupiterq; Aeacum ipse genuit.

Ad eundem

Ad eundem modum alij omnes, quotquot comitan
Immortalium filij & nepotes sunt. (tur socij,
Talia locutus Argus. Rex uero accensus est uerbis
Audiens, alteq; ira mentes inflatæ sunt. (tissimum
Dixitq; grauiter affectus, indignatusq;, liberis po-
Chalciope. horū enim illos aduenisse cauſa puta-
Eiq; oculi ardebāt sub ſupcilijs, more incitati: (bat.
Non facile ab oculis mihi, flagitiosi

Proſicſimini, ipſos cum dolis retrofugi è terra,

Priusq; * aliquis tristē pellem & Phrixū * uideat.

Nunc uenientes è Græcia non ad uellus, (do)

Sed ſceptra dignitatesq; Regias huic uenire (ſ. cre-

Quod ſi non antè meam contrectassetis mensam,

Iam linguis reſectis, & manibus amputatis

Ambabus, ſolis remiſſem pedibus,

Vt quiesceretis & in posterum prodere.

Adeò etiam & immortales blaſphemasti Deos.

Dixit, utiq; accensus. mirè uero mentes Aeacidæ

Ex imo intumuerunt. Cupiebat autē intus animus

Contrà acerbum reddere uerbum. Verūm inhibuit

Aefonides, prius enim ipſe respōdit modestis: (re

Aeeta, æqorſis meæ nauigationi, nequaq; enī teme 15

Vrbem tuam, regiamq; contigimus, quemadmodū

fortassis cenes. (autem undā tantam emetiri

Neq; quidem affectantes (ſcilicet regni tui.) Quis

Sustineat uolens, extraneā ad rē? Verūm me Deus,

Ac ſeuerum regis proterui impulit mandatum.

Aliter, ali-
quā nideant.

Exhibe gratiā supplicantibus tuam uero ego Græ-
Immortale feram laudem: atq; etiam iam (cīæ toti
Prompti summus bello rependere gratiam:

Sive igitur Sarmatas uis, sive quem alium
Populum, sceptris tuis subiisci.

Dixit, demulcens suaui uoce. illius uero animus
Duplicem uersabat in pectore sententiam:

An ipsos adortus subito captiuaret, (potius

Vel periculum faceret uirtutis: quod ipsi uisum est
Deliberanti. atq; equidem econtrā respondit:

Hospes, quid singula prolixè recenses?

Aut enim uerè estis Deorum genus, aut forte
Nihilo me inferiores propter extranea uenistis.

Dabo tibi auream abducere pellem, si uolueris,
Expertus strenuis enim uiris nihil inuideo,

Veluti ipsi dicitis Græciæ dominatorem (s. Pelia.)

Tētamē aut uirtutis, simulatq; roboris erit certamē,
Quo sane ipse occupor manibus, periculosem licet

Gemini mihi in campo Areio oberrant (existens.

Tauri æripedes, ex ore flammam efflantes.

Hos impello iungens, asperumq; nouale Martis

Quatuor iugerum, statim scindens ad profunditatem aratro: (triticum)

16 Non semen sulcis Cereris iniicio alimentū (scilicet
Sed Draconis terribiles renascentes dentes,
Viris militibus corpus. eos iterum sternens
Neco mea sub hasta circumstante aduersantes.

Matutinus

Matutinus iungo tauros, & sub uesperam
Quiesco à messe. Tu ergo si ista perfeceris,
Sine mora uellus auferes regis ad Peliae.

Antea uero nō cōcessero. Neq; in animū induxeris:
Virū fortē natum, inferiori cedere. (nam turpe est,
Sic qdē locutus ille tacitē pedes antē, oculos desigēs
Sederat omnino mutus, exanimatus malis. (potuit
Cōsiliū huc illucq; uersabat diu, neq; aliquo modo
Audacter respōdere, ita arduū uidebatur negotiū.
Serò tamen respondens, allocutus modestē:
Aeeta, equidem iustē admodum concludis.

Ideo & ego certamen, difficile licet sit, (liud
Audebo, et si me mori oporteat. neq; enim adhuc a-
Molestius hominibus dūra accidit necessitate:
Quæ me etiam huc ire coegit à Rege.

Sic fatus, mœstitia affectus, Cæterum ille hunc
Seueris uerbis alloquebatur tristatum: (es laboris.
Abi nunc iam ad turmam tuam, postquam cupiens
Si uero tu iuga bobus exhorueris imponere,
Aut periculosam formidaueris messem,
Ipsi singula curæ fuerint mihi, ut & alius
Vir caueat potentiores virum conuenire. (son, 17
Dixit intrepidē ille uero à throno excitabatur Ia-
Augeas, Telamonq; statim sequebatur & Argus
Solus. nam interim adhuc ibi mandarat manere
Fratribus. ipsi uero ibant ex ædibus. (filius
Mirabiliter autem inter omnes præstabat Aesonis

Pulchritudine et uenustate, in ipsumq; oculos uirgo
 Ex obliquo tenerū obtendens admirabatur peplū,
 In corde cura ardens, mens uero illi tanquā somniū
 Repens uolabat post uestigia incedentis.

Ac certè illi aedibus egressi sunt tristes.

Chalciope uero iram obseruans Aeetæ,
 Illico in thalamum cum filijs suis se recepit.

Eodem modo & Medea secuta est, multaq; in animo
 Voluebat, quæ amores impellunt curare.

18 Ante enim oculos apparebant omnia.

Ipse' que qualis erat, quibus uestibus federat,

Qualiaq; dixerat sedendo in solio, qualiterq; foras
 Iuerat, neq; aliquem alium ducebat cogitans

Esse uirum talem. in auribus autem usq; erat,

Vox' que sermonesq; suaves, quos miscuit.

Metuebat etiam pro ipso, ne boues, aut etiam ipse
 Aeetas nocerent: dolebatq; ceu prorsus

Iam mortuū. teneræq; ei genas (Et abat largissime.

Lachrymæ ex uehementi commiseratione hume-
 Tacitè aut lamentans, affatim prorupit in sermonē:

Cur me miseram ista angit cura, siue ille omnium
 Intereat heroum excellentissimus, siue infimus

Pessum eat & reuera quidem debebat illæsus eu-
 tare (fiat

Profectò illud. ô Dea ueneranda Hecate, utinam
 Ad domum (scilicet quod) reueteretur, elapsus

fatum. si uero ipsum statim

Extinctum

Extinctum iri à bobus, hoc antè intellectu exerit,
 Eo quòd non eius ego infelici lætor malo.
 Hæc quidem sic perturbata in animo curis uirgo.
 Illi uero postquam à populo & urbe iuerunt
 Eam uiam, qua ante aduenerant è rure,
 Tunc Iasonem talibus affatus Argus uerbis:
 Aesonida, consiliū licet respuas, quodcunq; dixero,
 Conatum tamen nequaquam decet contemnere in
 aduersitatibus.

Virginem iam quandam, antè audiisti ipse à me,
 Fascinare Hecates Perseidos consilio.

Huic si persuaserimus, opinor, nō amplius metuēdū
 Erit certantem uictum iri. sed admodum grauiter
 Timeo, ne quo modo mihi permittat hoc mater.

Attamen denuò accedam supplicaturus, (teritus.

Communis eo quòd uniuersis impendeat nobis in-
 Dixit, bene affectus. ille aut̄ respondit hisce uerbis:

O' suauissime, siquidē tibip̄ si hoc arridet, nō inui- 19

Vade age, et blandis tuam ad matrem uerbis (deo.

Contende, precans: misera tamē si nobis est

Spes, quando redditum committimus mulieribus.

Sic fatus, illico ad paludē recesserūt. Cæterūm socij

Læti, sciscitabantur, ubi aduentantes cōspexerūt.

Illis Aesonides mœstus deprompsit sermonem:

O' amici, Aeetæ sœui nobis lepidum cor,

Ex professo stomachatur singula enim (scilicet mā-
 data) non certè perficienda,

Ned;

Neq; mihi, neq; uobis quærentibus fuerit.

Dixit autem geminos campum Areium pererrare
Tauros æripedes, ore flammam spirantes.

Quatuor iugerum præterea imposuit nouale pro-
scindere, (reddat

Credereq; ex Draconis mandibula semen, quod
Terrigenas æreis cum armis. dieq; ipso (aliud
Necessitas illos conficere. quod certè ei (neq; enim
Præstabilius erat respondere) audacter recepi.

Sic sane fatus. Cunctis uero ingēs uidebatur cona-
Diūq; muti & taciti inuicē sese intuebantur, (tus.

Calamitate desperationēq; consternati. serò uero
Audacter inter omnes Minyas inquit: (Peleus
Tempus decernere, quod faciemus, non enim puto
Consilij esse utilitatē, quantā in uirtute manuum.

Siquidem tu nunc iungere boues Aeetæ
Heros Aesonida uis, cupisq; laborem,
Profectò promissa præstare para.

Si uero non usq; adeò animus suæ confusus
Virtuti, ne solitus sis ipse, neq; quem alium

Sociorum circum spicias debilitatus. non enim ego
Patiar: quoniam mors summus dolor erit. (est.

Sic fatus. Aeacidæ Telamoni uero animus incitatus
Ardens erupit subito deinde tertius Idas

Impulsus est temerarius, præterea filij Tyndarei.

Vnaq; etiam Oenides annumeratus fortibus
Viris, neq; licet paululum florentes lanugines

Habens.

Habens tali ei effe raba tur fortitudine animus.

Alij uero cedentes tacite agebant, statimq; Argus
Talem sermonē proposuit cupientibus certaminis:

O' socij, scilicet hoc postremū, sed aliquod autumo 20
Matris meæ fore salubre uobis auxilium.

Quapropter & licet propti, durate in naue (nino
Pauli) per adhuc, quēadmodū ante iā. cōpescere om
Satius, quam miserū exitium properādo accersere.

Virgo quædam in ædibus alitur Aeetæ,

Quam Hecate egregiè Dea docuit miscere (da,
Pharmaca, quæcunq; terra profert, multifluaq; un-

Quibus uel immensi ignis sopitum flamma,

Et fluuios fistit facile, impetuose fluentes,

Astraq; & lunæ sacræ impedit uias:

21

Cuius qdem ab habitatione in uia huic reuertentes

Meminimus, si possit soror nata,

Mater nostra persuadere auxiliari certamini.

Si ergo & uobis ipsis ista placent, profectò irem

Hoc ipso die iterum ad domum Aeetæ

Tentaturus fortassis feliciter tentauerim.

Sic fatus illis uero signum dij dedere fauentes.

Pauida qdem fugiens uiolentiam accipitris colubæ,

Ex alto Aesonidæ terrefacta incidit sinui,

Accipiter autem puppi allapsus continuoq; Mopsus

Talem sententiam inter omnes uaticinans edisserit:

Vobis amici istud ostētum deorū uolūtate euenit:

Neq; aliquo modo aliter licet interpretari melius.

Virginem

Virginem ergo uerbis conuenire instructos
 Consilio omnigeno, opinor uero eā nō neglecturā,
 Si uerè Phineus modò in dea Venere redditum
 Indicauit fore. illius autem hæc cara auis
 Necem effugit. cor uero mihi, quemadmodū in ani
 Hoc per augurium præsagit, sic fuerit. (mo
 Proinde amici, Cytheræam inuocantes opitulari;
 Iam nunc Argi monitis obsecundate.
 Dixit: approbarunt aut iuunes, Phinei mandatorū
 Recordati. solus uero Aphareius profiliit Idas,
 Grauißimè indignans, clara uoce proclamauit:
 Deū immortalem, profectò mulieribus similes huc
 Qui Venerē uocat auxiliarē nobis esse, (uenimus,
 Nō amplius Martis immane robur. et ad columbas
 Et accipitres respiciëtes, quiescitis à certaminibus;
 Pessum ite, ne uobis Martia opera curæ sint,
 Virgines uero precibus imbelles demulcere:

- 22** Sic fatus, ringēs. multi aut fremuerūt socij (monē.
 Tacitè admodū, neq; quispiā ei cōtrariū ptulit ser.
 Indignatus uero ille, deinde resedit. Verū talibus
 Protinus excitās animū suū, ita profatus est: (Iason
 Argus equidē à naue, quoniā illud plerisq; placet,
 Mittatur. Cæterūm ipsi ad terram ex fluvio
 Palam nunc retinacula ejciemus. Nam decet
 Non amplius diu latère, expauescentes pugnam.
 Ita fatus, atq; illum statim ablegauit redire
 Velociter iterum ad urbem, alijs uero in naue

Anchoras

Anchoras reuellentes, ex mandato Iasonis,
 Subitoq; è palude terræ appropinquarunt remis.
 Cōtinuò uero Aeetas cōcionē cōscriptis Colchorū
 Extra suā domū. ubi & antea confessum habuerūt,
 Indignos Minyis dolos, doloresq; fabricans.
 Affirmarat enim, ut primum boues interfecissent, 23
 Virum eum qui receperat, graue subire certamen,
 Syluam rescindens denso super iugo
 Succidaneam, crematurum ligna nautica, ut tristē
 Contumeliam dependant, insolentia machinantes.
 Neq; enim Aeolidem Phrixum, licet uehementer
 desiderantem, (omnibus
 Suscepit fuisse in ædibus hospitem, qui tamē præ
 Hospitibus comitate & pietate præditus erat,
 Nisi sibi Iupiter de cœlo nuncium misisset
 Mercurium, ut amico obuiaret.
 Nedum latrones suam ipsius in terram profectos;
 Futuros dū impunitos, quibus curæ
 Alienis manum suam bonis adferre,
 Latentesq; dolos moliri, atq; pastorum
 Stabula horrisonis incurribus effringere.
 Seorsim uero sibi ipsi dixit, meritas pœnas daturos
 Filios Phixi, sceleratos sequentes
 Viros, reuersos simul, ut se honore
 Et sceptris exuāt proterui: ueluti quondam oraculū
 Triste sui patris audiuerit Eelijs,
 Oportere ipsum uafrum dolum, artesq; stirpis
 Suæ,

Suæ, damnumq; callidum cauere.

- 24** Idcirco & cupidos misit in Græciam,
 Patris quasi mandato longam uiam , neq; filiarum
 Esse sibi uel minimum metū (s.credebat) ne forte
 Struāt triste neq; filij Absyrti: (aliquod cōmētum
 Sed in Chalcioipes sobole ista metuenda parari.
 Atq; ille intolerabilia facta proponebat popularib.
 Iratus , uehementerq; ipsis minabatur & nauē ob-
 Et ip̄os, ne quis malo effugiat . (seruare,
 Interim autem matrē suam reuersus domū Aeetæ ,
 Argus uarijs demulcebat uerbis,
 Medeam quò oraret opitulari : quæ & ipsa (mum,
 Antè deliberabat . timor enim eius impediuit ani-
 Ne quodammodo uel indecenter uana oraret,
 Patris metuentem sœuam iram, uel preces
 Sequentis manifesta & aperta studia fierent.
 Virginē uerò in doloribus dulcis oppressit somnus,
 In lecto reclinantem: statim autem ipsam uana ,
 Tāquam perturbatam , grauia interrupere somnia.
 Hos̄pes enim uidebatur suscepisse certamen,
 Neq; admodum cupidus, uellus arietis auferre.
 Neq; quid huius cauſa ad urbem Aeetæ
 Venisse, sed ut ipsam suam domum duceret,
 Legitimam coniugem: uidebaturq; cum bobus
 Ipsa certans, ualde promptè agere .
- 25** Suos uerò parentes pæctis non stare.
 Quod non uirgini iugare boues, sed illi
 Proposuissent.

Proposuissent. ex quo dissensio orta anceps,
 Patri hospitibusq; ipsi tamen commendarūt utriq;
 Sic esse, ut suo in animo uoluisset.
 Ipsaq; repente hospitē cōtemnēs parētes, (runtq;
 Elegit: illos uerò immensus dolor corripuit, clama-
 Indignantes: hanc uerò somnus cū clamore dimisit.
 Tremensq; excitata metu circumcirca parietes.
 Spectauit thalami. uix autem recepit animum,
 Ut antè, in pectoribus. miserabile uerò extulit uocē:
 Miseram me, qualiter horrenda terruerunt somnia?
 Timeo, ne magnū aliquid ferat malū ista peregrī-
 Heroū: pro hospite mihi mētes suspēsae sunt. (natio
 Ambiat suo in populo Græcam procul puellam:
 Nobis uerò uirginitas curā fuit, et domus parentum.
 Attamen ponens ferum cor, non in posterū absq;
 Sorore periculum faciam? si uel me certamen
 Luuare orauerit, propter suos solicita (lorem.
 Liberos, hunc mihi durum in pectore sedauerit do-
 Dixit utiq; atq; erecta ianuas aperuit domus
 Nudis pedibus. solo induſio induita, continuò cupie-
 Sororem, et portæ limen transiit. (bat accedere
 Diu autem ibidem mansit in uestibulo thalami,
 Verecundia intercepta: deinde tamē refugit rursus
 Versa, intusq; iterū prodibat. mox refugit (retro
 Intro, imbecilles autem pedes ferebant huc illucq;
 Nempe quod sacrificasset, ipsam intus uerecun-
 dia cohēcuit:

Verecūdia uerò repressā, audax amor impellebat.
Ter quidem tentabat, ter retenta est: quartō iterū
Lecto prona incidit conuoluta. (thalamis)

26 Quenadmodum quando aliqua sponsa sponsum in-
Lamētatur, cui ipsam despōnsarunt fratres atq; pa-
Neq; adhuc cunctis miscetur famulabus, (rentes,
Pudore, modestiaq; sed in penetrati tristata sedet.
Illum uerò aliquis perdidit casus, priusquā recreati
Colloquijs inter se, ipsaq; intus ardens (ambo
Tacitē admodum luget, uiduum lectum intuens,
Ne ipsam proteruē reprehendant fœminæ.
Huic similis Medea lamentabatur. hanc aut̄ aliqua
Flentem interim accedens animaduertit (repente
Famula, quæ ei pedissequa erat adolescens:
Chalcopæq; nunciauit oxyus, quæ inter filios
Sederat, consultans de sorore persuadenda.
Sed neq; aliquo modo immorigera fuit, quando au-
diuit ancillæ

Sermonem insperatum: proruit pauida
E' thalamo, ad thalamum prorsus in quo Medea
Iacebat exanimata, dilaniauitq; utrinq; genas.
Vbi autem uidit lachrymis oculos madidos, incla-
mauit eam: (dis?

Heu mihi ô Medea, quid uerò istas lachrymas fun-
Quid tandem passa? quis grauis mēte inuasit m̄ceror?

27 An' ne tuos fatalis corripuit neruos pestis?
Siue aliq; sœnā comperta es à patre reprehenſionē,
Propter

Propter me, liberosq; Vtinam ego neq; parentum
 Domū istam uiderem, neq; urbem, sed in terræ
 Finibus habitarem, ubi nec nomen Colchorum.
 Ita fata est: illus aut rubefecit genas. diu uero eam
 Virgineus impediuit respondere conantē. (pudor
 Sermoq; nunc quidem ei in summa oriebatur
 Lingua nunc insidiā in pectore errabat,
 Sæpeq; dulce per os festinabat erumpere,
 Sonus tamen non processit ulterius. seroq; dixit
 Talia compositō, audaces enim impulerāt amores:
 Chalciope, mihi p liberis tuis animus turbatus est, 29
 Ne ipsos pater unā cum hospitibus statim perdat.
 Talia dormiens in breui iam somno (rita
 Vidi insomnia horrenda, quæ utinā aliquis deus ir-
 Faciat, neq; tristem propter filios dolore concilie.
 Dixit utiq; sororem tentans, an' ne etiam seipsa
 Oraret, antē suis liberis auxiliari.
 Huius grauiter immensus inundauit animū mceror
 Terrore, talia audiuit, responditq; ita uerbis:
 Et ipsa ista omnia accensi intendens,
 Si quod dices e& molireris auxilium.
 Sed iura terram & cœlum, quodcunq; tibi dixeris
 Retenturam in animo, unaq; adiutricem fore.
 Precor per superos, teq; ipsam, atq; parentes,
 Ne ipsos malo à fato uastatos uideam
 Misere, uel tibi caris cum pueris mortua
 Fuerim ex inferno tristis postea Erinnys.

Ita uerò locuta, largas effudit illico lachrymas.

Infraq; ambabus amplexa genua manibus,

Vnaq; caput sinibus inuoluerunt. tunc miserabilem

Ambæ mutuò ediderunt luctum, ortusq; eiulatus

Miserabilis per domum, conquerentium dolores.

Hanc tamen prius Medea allocuta est mœsta:

Inſcelix, quam ſanè medelā inueniā, prout dicis,

Execrationes horredas, atq; Erinnas, atq; utinā de-

Perpetuum eſſe in nobis liberos tuos feruare. (beat

Sciat Colchorum iuramentū, ſolenne quod iurare

Ipsa iubes, magnum cœlum, atq; infra

Terra, Deorum mater, quantæ uires ſunt meæ,

Nec te fruſtratum iri perficienda orantē. (uerbis:

Dixit utique . Chalciope uerò respondit talibus

An non tamen hofpiti ſuſtineas, indigenti & ipſi,

Seu dolū, ſiue quam artē excogitare certaminis,

Liberorum gratia meorū? namq; ab illo uenit

Argus, monens me tuum experiri auxilium.

Interea quidem eum domi reliqui, huc progreſſa.

29 Sic fata eſt, illi uerò intus exultauit præ gaudio
animus,

Rubefactaq; ſimul pulchro corpore quidē, caligo

Corripuit gaudentem, taleq; reſponſum reddidit:

Chalciope, ſicuti uobis gratum uolupēq; eſt,

Ita faciā. Utinam uerò ne mihi oculis appareat

Aurora, neq; me diu inſuper uiuentem cernas,

30 Si quid hac uita iucundius aut liberis

Tuis

Tuis habeam, qui certè mihi fratres sunt, ipsam
Cognatiq; dulces & coætanei. Veluti autè et me-
Censeo sororem tuam, sic filiæ esse (st)

Aequalē: quoniam cum illis, me tuo in sinu sustuli
Infantulam, sicuti sæpè ego quondā à matre audiui.

Quare uade, cela meum tacitè officium, ut parètes
Circumueniā, adornans promissionē. manè aut in
Ferā Hecates, sedatiua pharmaca taurorū. (templū

Sic illa ex thalamo rursus ibat, filijsq; opem
Sororis indicauit. hanc uero rursus

Pudor, tristisq; metus inuasit, solam existentem:
Talia aduersus suum patrem, propter uirum moliri.

Nox equidem deinde terræ induxit tenebras, ipsiq;
in ponto

Nautæ ad Helicen simul, atq; astrum Orionis

Respexerunt ex nauibus somnumq; uiator

Iam & ianitor desiderabat: ac liberorum

Matrem mortuorum profundus sopor occupauit.

Neq; canū latratus amplius per urbē, neq; strepitus
Sonorus: uerū silentium obscurā habuit noctem.

Sed Medeam non suavis attigit somnus:

Multæ enim Aesonidæ præ amore curæ excitabat,

Metuentem taurorum ualidam uim, quibus erat

Occubitus indigna morte in nouali Martis.

Variaq; ei cor in pectoribus diuidebat.

Solis ueluti aliquis in ædibus resultat splendor

Ex aqua emergens, quæ modò aut in lebete,

i 3 Vel

Vel forte in fistula infusa, huc illucq;

Celeri conuersione cōmouetur impulsa.

Ita in pectoribus cor iactabatur puellæ,

*Lachrymæq; ab oculis præ cōmiseratione fluebant,
intusq; indefinenter*

Conficiebat dolor, flagrans per corpus in miseris

33 *Venis, à capite ad infimum neruum usq;.*

Tunc grauiſſimus subit cruciatus, quando dolores

Irrequieti mentibus inseruerint Cupidines.

Voluitq; illi iam lenitiua pharmaca taurorum

Tradere, iam neutiquam, perire uerò et ipsa:

Mox neq; ipsa mori, nec pharmaca tradere,

Sed omnino quieta suum sustinere damnum.

Sedens ergo deinde uacillabat, dixitq;:

Me miseram, ubi malorum, aut quò deueniam?

Penitus mihi metes sunt perplexæ, neq; aliquod re-

Mali, sed paſſim ardet indefinēter. q; uelle (medium

Dianæ leuib. prius sagittis extincta essem, (rētur

Quām hūc uidissem, quamq; in Græciā proficisci

Chalciopeſ nati, quos qdē Deus, aut aliqua Erinnys

Nobis flebiles huc tulit illinc cruciatus.

Pessum eat certans. si in agro perire (tes,

Fatum est. quomodo enim meos fallere queam pare

34 *Pharmaca machinata? quid dicam?*

Quis uerò dolus, quod cōmentū callidū erit auxiliū?

Aut ipsum seorsim à socijs amplectar solū intuita?

Infelix, nō enim opinor extinēto ipso

Finem futurū dolorū, illudq; malū nobis durauerit

Ille quando uita priuatus sit. ualeat pudor,
 Valeat gaudium: ille meo consilio seruatus,
 Incolumis, quò eius animo placuerit, illuc abeat.
 Verùm ego eodē die, quādo perfunctus certamine,
 Morerer, siue iugulum suspensa trabi,
 Aut pasta corruptiua pharmaca animi:
 Sed uel hoc modo mortuæ mihi retro ingerent
 Probra, latè urbs tota personabit
 Fatum meum: & me per os traducentes
 Colchides, alibi alia turpiter suggillabunt,
 Quæ qdē deperiens usq; adeò uiri aduenæ cuerit,
 Occubuerit, quæq; domū et suos parētes dedecora-
 Furori obsequita. quæ uero non mea erit infamia?
 Heu calamitatem meā profectō multo satius esset,
 Hac ipsa nocte linquere uitam in thalamo,
 Fato clandestino mala probra cuncta effugientem,
 Quām ista turpia fcedaq; designem.

Dixit, & scriniolum accessit, in quo multa
 Pharmaca, partim bona, partim noxia erant,
 Imponens genibus lamentabatur, rigauitq; sinum
 Incessāter lachrymis, quæ defluxerūt occulte pror
 Vehementer deflentis suū fatū, cupiebatq; illa (sus,
 Veneficia eligere letalia ut pasceretur. 35

Et iam claustra resignarat scrinioli,
 Eximere conans misera: uerūm eius repente
 Horror ingens terribilis inuasit animum mortis,
 Stupebatq; mutitate diu, cunctaq;

Delectabilia uitæ studia occurrabant.

Meminerat enim sodalitatis festiuæ, tanquā puellæ
Ac ei Sol iucundior erat uisu,

Quam antea aut uerè mente cupiebat singula,

Atque illam (scilicet capsam) quidem rursum suis
depositus genibus,

Iunonis consilio mutata, neq; amplius sententia

Alio * Alio uacillabat: sed optabat statim apparere

Auroram orientem, ut illi auxiliaria traderet

Pharmaca ex pactis, ueniretq; in conspectum.

Diligenter ergo claustra suorum resoluit ostiorū,

Lucem expectans, cui gratum misit iubar

Sol, excitabanturq; per urbem quilibet.

Tunc fratres quidem insuper ibi manere iubet

Argus, ut animaduertant costilia et mentem Medeæ.

Ipse uero iterum ad nauem reuertebatur, iam dudu separatus.

Illa uero ubi primum apparentem uidit Auroram

Virgo flauas quidem ornabat manibus comas,

Quæ sibi negligenter diffusæ pendebant,

Squalidasq; macerabat genas. posthac unguento

Nectareo abstergebat cutem, induitq; peplum

Pulchrum, uncis ornatum fibulis.

Immortali uero desuper capiti imposuit uelamen

Argenteum, ibi in ædibus uersans (des sibi erat

37 Terebat solū cum obliuione malorū, quæ ante pe-
Innumera, aliaq; quæ euentura deinceps.

Iusitq;

Iussitq; famulas, quæ ipsi duodecim, uniuersæ
 In uestibulo thalami odorati uersabantur,
 Coætaneæ, nondū lectum cum uiris quæ paraue-
 Studiose mulos iungere currui, (rant,
 Qui ad Hecates magnificum templum ueherent.

Dum igitur famulæ adornant uehiculum,
 Ipsa interim ex pulcherrima capiebat arca
 Pharmacū, quod quidē aiunt Prometheium uocari:
 Quo si quis, nocturnis placans sacris

Proserpinam unigenitam, suū corpus humectarit, 38

Ille profectò neq; uulnerabilis fuerit ferri plagis,

Neq; ardenti igni obnoxius fuerit, sed robore

Præstantior eo die, simulatq; uiribus fuerit.

Primò natum illud surgit, distillantis in terram

Aquilæ crudeliter lancingantis in saltib. Caucaseis

Cruentam saniem, Promethei miseri:

Cuius uidelicet flos ad instar cubiti, desuper

Colore corycio similis croco apparet,

Caule gemino procerus, ipsaq; in terra

Carni recens incisæ similis erat radix.

Similemq; in montibus nigricantem succum fagi

Caspio in * Colcho decerpserat ad ungendum.

Septem quidem uiuis lota aquis,

Septiesq; Brimò nutricem iuuenum euocans,

Proserpinam noctiuagā, subterraneam, inferis præ-

Tacita in nocte cum atris uestibus. (sidentē,

Boatu uerò desuper tenebrosa quatiebatur terra,

39
Vel finu. pro
nōxie, nōxie

i 5 Radice

Radice secta Promethea. ingemuitq; ipse
Iapeti satus, dolore animi languens.

Hanc illa nacta, adoratae imposuit fasciae,
Quæ ei incorrupta circa pectora pendebat,
Forasq; progredivs citatum ascendit uehiculum,
Cum ea uero famulæ duæ utring; ascenderunt.
Ipſa tamen habenas corripuit, adeoq; habile ſcuticæ
Dextra, uecta q; per urbem reliquæ uero
Ministræ currum apprehendentes à tergo,
Sequebantur latam per viam regiam, uestesq;
Subtiles niueum ad genu usq; ſubleuarunt.

- 40** Qualisq; ad limpidas aquas Parthenij,
Siue Amnesi lota fluuij,
Aureo Diana in currus ftans
Pernicibus ceruis iuga transfit,
De longinquo fruens plena nidore hecatombe:
Cum illa aut Nymphæ ſequuntur pedifſequæ, aliæ
Incolæ fonte Amnesiaco, aliæ uero (quidē in ipſo
Nemora & montes fontosos, circumq; feræ (ente:
Murmure blandiuntur, ſubtremiſcentes progredi.
Sic illæ ruebant per urbem, circū autem homines
Cedebant, uitantes Regiæ conspectum virginis.
Verum postquam urbis munitas reliquit plateas,
Templumq; attigit per campum aurigata,
Tunc celeri descendit ibi de uehiculo
Alacris, taliaq; ad famulas locuta est: (intellexi,
Charissimæ, profectò magnū qd cōmisi. neq; enim
Ne accederem

Ne accederem aduenas ad uiros, qui in terram
Nostram diuerterunt. moestitia perculta est (rum
Tota ciuitas, eo quod & nulla comitata huic mulie-
Illarum, quae ante a quotidianæ confluebant.

Quoniam autem aduenimus, nemoq; alius accedit,
Agedum lusu animum affatim satiemus
Suavi, hosq; blandos teneræ flores herbae

Colligētes, tunc deinde ipso tempore reuertemur (f. 41)

Ac cū multa utilitate domū reuertitis (debito,)
Hoc die, si mecū approbaueritis hanc sententiam.

Argus enim me uerbis impellit, quæadmodū et ipsa
Chalciope, quæ tacite in mente tenete audientes
Ex me, ne patris ad aures sermo perueniat.

Istū aduenā me iubēt, q; propter boues depactus est,
Dona recipiētē, periculis liberare certaminibus.

Verū ego sermonem approbabam, atq; ipsum
Vocauī in conspectum à socijs solum uenire,

Vt illa diuidamus inter ipsas (f. nos) si tribuerit

Dona ferēs, illiq; uicissim deterius aliud reddamus
Pharmacū. atqui seorsim est mihi, ubi aduenerit.

Ita locuta, cunctis uerò dolosum placuit consilium.
Illico autem Aesonidem à socijs solum auellens

Argus, quoniam iam à fratribus audiuit 42

Mitutinā Hecates sacrū ad templū progressā, (psus

Duxitq; ē cāpo. simul uerò cū ipsis sequebatur Mo-

Ampycides. peritus quidē aduentantes interpretari

Aues, peritusq; simul declarare auolantes.

Tunc

Tunc nondum aliquis talis in prioribus erat uiris,
 Neq; quicunq; ex Ioue genus, neq; quicunq; aliorū
 Immortalium heroes de sanguine prognati sunt,
 Qualem Iasonem fecit Iouis coniunx illo die:
 Non tam in facie apparendo, quam etiam loquēdo.
 Hunc & intuentes admirati ipsi socij,
 Renitentem uenustate. Lætatus autem itinere
 Ampycides, iam fortè auguratus omnia.
 Est autem quædam campi in uia propè phanum
 Alnus, folijs plurimis florens,
 In hac frequenter garrulæ morabantur cornices,
 Quarum quædam in medio pennas quatiens
 Altè in ramis, Iunonis declarauit consilia.
 Inglorius ille uates, qui non quæ pueri sciunt,
 Nouit mente præuidere, quod neq; dulce
 Neq; gratū puella (scilicet Medea) uerbū factura
 Iuueni (scilicet Iasoni) quando ipsum comites alij
 comitantur.

(nus,

Vtinam pereas infelix uates, maledice: neq; te Ve-
 Neq; hilares propitijs inspirant Cupidines.

43 Dixit conuicians, risit uero Mopsus audiens
 Vocem avis diuinam, sicq; infit:
 Tu quidem ad templum Deæ perge, in quo filiam
 Offendes Iason, ualdeq; mansuetè obuiabis
 Veneris instinctu. namq; opitulatrix laborum
 Erit, ueluti sanè et antea Agenorides prædictus Phi-
 neus.

Nos

Nos uerò, ego Argusq; expectātes, donec ueneris,
In eodem loco aberimus. solitariè autem ipse
Ora eam, callidis persuadens uerbis.

Dixit equidem prudenter, approbabat uerò ambo.
Neq; Medeæ animus mouebatur alia cogitare,
Ludentis, simulq; cunctæ cum ipsa, quemcunq; lu-
Ludum, non diu placuit ludere. (deret
Sed destitit perplexa, neq; unquam oculos
Famularum ad cœtū dirigit: constanter sed ad iter
Procul prospectabat demissis genis.
Nimirū crebrò iam in pectoribus mouebatur cor,

quando sonitum

Sive pedis seu uenti (scilicet audire) uisa est.
Verum ille non diu post inhibanti apparuit,
Suprà emergens tanquam Sirius Oceanum,
Qui quidem pulcher illustrisq; uideri
Oritur, quadrupedibus uerò immensam parit æru-
Sic ille formosus accessit uideri (mnam:
Aesonides, labore tamen odibile peperit apparens.
Excidit enim illi è pectoribus cor, oculiq; penitus
Caligarunt, ac calidus genas obduxit rubor. (re
Genua etiā neq; retrorsum, neq; antrorsum moue-
Valuit, sed infra pedibus irretita est. Interea autem
Famulæ admodum cunctæ ab ipsis separatae sunt.
Hi ergo muti tacitiq; stabant inuicem,
Aut quercubus, aut longis assimilati abietibus,
Quæ subito quietè in montibus firmatæ sunt
Tranquillitate,

Tranquillitate, post uero iterum impetu uenti

44 Motæ, strepuerunt supra modum. ita certe illi

Impediebantur satis loqui, præ impetu amoris.

Sensit autem ipsam Aejonides malo illapsam

Fatali, talemq; abblandiens protulit sermonem:

Cur me uirgo tantum reuereris, solum existente?

Non sanè ego, quales male glorioſi alij sunt

Viri: neq; quando in patria habitabā, (uirgo,

Erā antea, quare ne corā me usq; adeò uerecundare

Vel quid sciscitari quod lubet, aut quid loqui.

Proinde postquam mutuò conuenimus beneuoli,

Loco in sacro, ubi non fas est fallere,

Liberè ediffere, & roga: neq; me blandis

Decipiās uerbis. namq; dudum pollicita

Germanæ sorori, demulcētia pharmaca daturā te,

Propter ipsam Hecaten oro, atq; parentes, (git.

Ac Iouē, qui hospitibus supplicibusq; manū porri

Simul autem supplex peregrinusq; etiā huc uenio,

Ob cauſam necessariā supplicans, non enim absq;

Vobis periculosi uictor ero certaminis.

Tibi uero ego retulero gratiam postea auxiliij,

Sicut fas est alienigenis,

Nomen & præclarā faciens gloriam: utq; & alij,

45 Heroes celebrent in Græciam reuersi,

Heroumq; coniuges cum matribus, quæ iampridem

Nos in litore sedentes defleuerunt,

Harum tristes discuteres curas.

Quide

Quid? quod & Thesea periculosa liberauit pugna
Virgo Minoia bene uolens Ariadne,
Quam certè Pasiphae filia peperit Solis.

Namq; ista et nauem, cum iram repressisset Minos,
Cum illo ingressa, patriam liquit. hanc autē & ipsi
Immortales curæ habuerūt: medio enim ei in cœlo
Stellata corona, quam uocant Ariadnes, (signum
Pernox cœlestibus uertitur simulacris.

Sic & tibi diuinitus gratia erit, si seruaueris
Tantum optimatum uirorū cœtum. Etenim uideris
Ex forma, multa prudentia prædita esse. (Etens,
Sic locutus, prædicās. illa uero deorsum oculos fle
Blandum risit, perfususq; ei intus animus (contrā
Laude sublatæ (s. Ariadnes) & suspexit oculis è
Neq; habuit quod antè uerbum proferret:
Sed simul conata confusa omnia effundere.

Ante tamen præceps odorata euoluuit fascia (tus.
Pharmacū. Verùm ille oxyus manibus excepit læ-
Et certè ei totam è pectoribus hauriens
Animam credidisset, admirans desideranti:

Talis à capite flauo lasonis
Effulgebat amor, suauem flaminam. huius radiosq;
Ab oculis rapuit, exultabatq; in animo intus
Tabescens. qualiterq; in rosis ros

Attenuatur matutinis florescens radijs.

Ambo nunc in terram oculos figebant (Etus,
Eribescētes, nūc rursus ad iniicē intenderūt aspe-

Sacré

46

47

Suaue lætis sub supercilijs ridentes.

Serò tamen talibus uix affata uirgo:

Aduerte nunc, ut communicem auxilium,

Quando aduenienti pater meus imposuit,

E Draconis mādibulis pestilētes seminare dentes.

48 Tunc medianam noctem æquatam obseruans,

Magni fluentis lotus fluuij,

Solus ab alijs, in uestimentis atris

Foueam effode orbicularem, in ea fœmellam

Agnam macta, & integrum impone

Ipsam, rogo probè aceruato ad foueam.

Vnigenitamq; Hecaten Perseiam placa,

Libans ex patera aluearenſia opera apum.

Vbi uero deam memor deinde placaueris,

Iterum à rogo recede, ne uero te strepitus,

Siue pedum moueat, conuerti retro,

49 Seu canum latratus, quo minus singula perficias.

Neq; ipſe indecenter tuis socijs appropinquaueris.

Mane uero, ubi distillaueris pharmacum, tanquam

Nudatus unge tuum corpus, robur autem (adipe

Inerit immensum, ualidaq; uis. neq; dici poteris

Viris, sed Dijs similis esse immortalibus.

Ad ipsam uero etiam hastam scutum oblitum fit,

Ensisq;: tunc non te uulnerauerint cuspides

Terrigenarum, neq; saeuia irruens

Flamma terribilium taurorum. talis quidē non diu

Eris, sed uno die, attamen tu nequaquam labori

Cedas.

Cedas. proinde aliud sanè clam subijcio admini-
culum.

(totum)

Statim ubi robustos subiugaueris boues, statimq;
Manibus & fortitudine asperum nouale araueris,
Ipsiq; iam in sulcis profiliunt Gigantes

Projectorum Draconis atram in terram dentium,

Si excitatos multos nouali obseruaueris,

Latenter saxum dimitte grande, illiq; ibi,

Famelici canes tanquam, pro cibo se confecerint

Mutuo. Quare ipse acceler a pugnam

Aggreedi, uellusq; in Thessalam huius gratia

Asportabis, ex Aea procul tandem reuertere tamē,

Vbi lubitū. utinam quidē placuerit digresso redire:

Sic effata, ac tacitè pessum oculos demittens,

Affatum calidis genam lachrymis rigauit,

Plorans quòd esset à se multum

Mare pererraturus. tristi ergo ipsum coram

Denuò sermone allocuta, apprehenditq; manu

Dextra, iā enim oculos reliquit uerecundia: (eris,

Memento, si modò aliquādo incolumis domū redi-

Nominis Medeæ, quēadmodū uicissim ego absentis

Recordatura. dic uero mihi alacer hoc, ubi' nā sunt

Penates? quòd nūc hinc trās mare nauigio traijicies?

An sanè opulentam contendes ad Orchomenon?

Siue & Aeeam ad insulam? Expone autem, filiam,

Quam' nam illam nobilem nominas natam

Pasiphaen, quæ patris cognata est mei?

Sic fata. hunc autem et ipsum inuasit lachrymis
uirginis

Suavis amor, taleq; iterum responsum reddidit:
Imò nec noctes, opinor, neq; dies unquam (uerè
Tui obliuio capture est, ubi euafero fatum: si modò
Effugero incolumis in Achaim, neq; quem alium
Aeeta obiecerit duriorem nobis laborei.

Si uero quid nostram cognoscere placet patriam,
Narrabo: impediò enim uel meipsum animus iubet.

50 Est quædam excelsis circumdata montibus terra,
Prorsus diues ouium, boumq; ubi Prometheus
Iapetionides bonum genuit Deucalionem,
Qui primus fecit urbes, & templa condidit
Immortalibus, primusq; etiam hominibus Rex fuit.
Aemoniam autem illam uicini appellant.

In ea Iolcus mea urbs, inq; aliae
Multæ inhabitantur, ubi neq; uel nomen audires
Aeææ insulæ. Minyam quidem profectum,
Aeolidem Minyam, hinc fama Orchomeni
Quondam Thebanis uicinam urbem ædificasse.

Verum quid ista sane inania omnia recito?

Nostrasq; domos, inclytamq; Ariadnæ,
Filiam Minois, quo nomine illustri illam
Virginem nuncupant insignem, quam me rogas.

51 Utinam aut, quemadmodū Theseo tunc conciliabæ
Ab illa, sic nobis pater tuus æquus sit. (tur Minos
Ita fatus, blandis demulcens uerbis,

Illijs

Illius uero molestissimi cor exercebat dolores,
 Atq; ipsum tristata miserabiliter repetivit sermonez
 Græciæ forte ista pulchra, cōfederationes curare.
 Aeetas tamen non talis inter uirtuosos, qualem dixisti
 Minoa Pasiphaes maritum esse: neq; Ariadnæ
 Assimilor ego. ideo nec hospitalitatem dicas.
 Sed solum tu mei, quando Iolcum redieris,
 Memineris: tuiq; ego etiam meis inuitis parentibus,
 Meminero, atq; utinam ueniat nobis de longe siue
 qua fama,
 Seu qua nuncia auis, quando oblitus fueris mei,
 Aut ipsam me celeres trans pontum ferrent,
 Hinc Iolcum abripentes turbines,
 Ut ante oculos redargutiones obijciens,
 Cōmōnefaciā meæ uoluntati elapsum. utinā enim
 Improviso tunc, tuis familiaris in ædibus. (esset
 Sic quidem profata, miserrimas infundens genis
 Lachrymas. hanc uero ille quasi interpellanter ex-
 Suauissima, inānes sine errare turbines, (cepit:
 Quemadmodū etiam nunciā auem. quoniam uana lo-
 Si uero ista ad loca, Græciāq; peruerteris, (queris.
 Grata mulieribus, simulatq; uiris ueneranda
 Fueris, qui te prorsus tanquam Deam colerent,
 Eo quod illorum nati reduces domum reuersi sint
 Tuo præsidio: rursus fratres cognatiq;;
 Et mariti, è periculis bene seruati sint.
Nostrum autem lectum thalamis in legitimis
 k 2 Acquireres,

Acquireres, neq; nos distrahet amore

Aliud, priusquam mors fatalis opprimat.'

52 Sic locutus. illi aut̄ intus tabescet animus auditu.

Omnino uero opera temeraria horruit uidere

Misera. non ergo diu detrectatura erat

Thessaliā inhabitare. Ita enim illud uolebat Iuno,

Vt malum Peliae magnam ad Iolcum perueniret,

Aeaea Medea, relinquens patriam terram.

Iam uero famulæ quidem obseruantes deprocul,

Tacite tristabantur. Porro exigebat diei tempus,

Rursus domum reuerti, suam ad matrem, virginē.

Illa uero nequaquam reditus recordata fuisset (delectabatur enim

Animus, simul forma, dulcibusq; uerbis)

Nisi Aesonides prouidus, sero licet, dixisset:

Tempus reuertendi, ne prius iubar Solis

Occidat præueniens, atq; aliquis singula sentiat

Extraneus. iterum autē cōueniemus, hinc profecti.

Sic illi inter se mitibus fermè uerbis

Contulerunt. post uero ubi diuulsi sunt, uidelicet

Ad socios & nauem laetus incitabatur ire: (Iason

Hæc uero ad ministras, quæ propè obuiabant

Cunctæ simul. illas tamē nequaq; obuiantes sensit;

Anima enim sublimis in nubibus uolitabat.

Vlroneis aut̄ pedibus celerem concendit currū,

Atq; altera quidem manu corripiebat lora, altera

uerò scuticam

Pulchram,

Pulchrā, mulos ad impellendū, qui qdem ad urbem
 Currebant festinantes domum. hanc aut reuersam
 Chalciope pro liberis sollicita percontabatur:
 Illa uero curis perplexa, non quicquam uerborum 53
 Audiuit, neq; respondere percontanti ualuerat,
 Sed sedebat in humili scabello, lectum infra,
 Ex obliquo innitens sinistræ manui maxillam,
 Madidosq; in palpebris habebat oculos, meditans
 Quām suo malum officiū communicasset consilio.
 Cæterum Iason ubi sanè suis iterum comistus erat
 In loco ubi eos relinquens disiunctus est
 Pergebat ire, cum illis communicans singula.
 Heroū ad cœtū, simulq; ad nauē adpropinquauit.
 Qui ipsum amplexabantur, ut uiderunt, rogabātq;
 Verū his omnibus aperuit consilia uirginis,
 Monstrauitq; pharmacū efficax. seorsim aut solus 54
 Idas stetit, longe mordens iram: alij uero
 Læti, tunc quidem, ubi obscuritas separauit noctis,
 Quieti cessabant inter seipso. Verū cum aurora
 Miserunt ad Aeetam ire, semen exigentes, (monē,
 Viros duos, præcipue quidē ipsum bellicosum Tela
 Vnaq; Aethalidem natum inclytum Mercurij.
 Contenderunt autem ire, neq; frustra iter fecerūt:
 dedit enim ipsis uenientibus
 Rex Aeetas periculosos ad certamen dentes
 Bœotici Draconis, quem Ogygiam ad Theben
 Cadmus, quando Europen inquirens uenit,

Confecit, Aretiadæ fonti custodem existentem.
Vbi egr habitauit, conductu bouis, quam ei Apollo
Tribuit ex uaticinio ducem viæ.

Illos autem Dea Tritonia maxillis eximens,
Aeetæ tradidit dono, simulq; ipsi intersectori.
Sed iste Bœoticis mandans campis

55 Cadmus Agenorides, terrigenā concitauit populu,
Martis metentis qui sub hasta occumberent.
Hos quidem tunc Aeetas dedit ad nauem ferri
Promptè, quoniam nec ipsum credebat metas certa
Asseturum, et si iuga bobus iniecisset. (minis)
Sol quidem de procul obscuram subiit terram
Vespertinus, ultimos supra uertices Aethiopum:

56 Noxq; equis immisit iuga. ipsi uero strata
Parabant heroes apud retinacula: sed Iason
Statim, postquam Helices illustris stellæ ursæ
Versæ sunt, de cœloq; tranquillus factus æther,
Perrexit ad solitudinē, clædestinus ceu quispiā fur,
Cum omnibus necessarijs. antea enim parauerat
singula

Interdius, scemina scilicet ouē, lacq; ex ouili (naue.
Argus ueniens tulerat, reliqua uero ex ipso accepit
Porro quādo sanè conspexit locū, qui cōuersationē
Hominū, puris tranquillus liquoribus, (extra erat
Tunc scilicet primū lauit quidem aqua
Rite sacra tenerum corpus, circumq; pallium
Induit nigrum, quod ipsi antea dederat

Lemnias

Lemnias Hypsipyle, tristis memoriale thori,
 Cubitalemq; deinde in solo fossam effodiens,
 Extruxit ligna, præterea uero agnæ secuit iugulū,
 Ipsamq; probè desuper extendit, acceditq; ligna,
 Ignem submittens, mistaq; superinfudit libamina, 57
 Brimonem uocans Hecatē, auxiliatricem laborū.
 Atq; ille ubi uocasset, retrò cessit. hæc uero audiēs,
 Latibulis ex intimis potens Dea superuenit
 Sacris Aesonidæ, circumq; ipsam cingebantur
 Horrendi, quernis cum ramis, Dracones.
 Fulgebatq; plurima lux facularum. circum etiam
 Acuto latratu subterranei canes resonabant,
 Loca que fremuerunt omnia circa uestigium, ac
 ipsæ ulularunt
 Nymphæ palustres, fluuiatilesq; quæ circa illum
 Phasidis locum Amarantij uersantur. (neq; sic
 Aesonidē autē uidelicet inuasit metus. uerūm ipsum
 Retrospectantem pedes efferebant, ut socijs
 Miseretur reuertens. iam autē lucē niuoso desuper
 Caucaso manē orta Aurora misit oriens.
 Ac tunc quidem Aeetas circa pectus induitus est
 Thoracem munitum, quem ei dederat obtruncans
 Proprijs Thracensem Mars manibus Mimanta:
 Aureamq; capiti galeam imposuit, quatuor conis in
 Micantem. quasiq; rotundus erat splendor (signē,
 Solis, quando primūm emergit Oceano.
 Densum etiā pellibus corripiebat scutum, ac hastā

Graue ingentē, quam nec quisquā aliis sustinuisse
Heroum, postquam dereliquerunt Herculem,
Vibrare seorsim, qui solus contrā pugnasset.

Huic autem et uelocium equorum insignem currū,
Cōtinebat propè Absyrtus, ad inscedendū. ipse ergo
Conscendit, ac lora manib. apprehēdit, eq; ciuitate
Vectus est latam per uiam, ut certaminibus
Adesset. cū ipsis uero infinitus effusus est populus.

§ 3 Qualis Isthmum Neptunus pergit ad certamen,
Curribus cōscensis, aut ad Tænarū, aut ille Lernæ
Ad aquam, uel ad nemus Euboici Onchesti,
Siue ad Calauream crebro cum uadit equis, (stū.
Petram ue Thessalicā, aut deniq; arboriferū Gere-
Talis quidē Aeetas Colchorū princeps erat uideri.
Interim autem Medeæ monitis Iason
Pharmacis liquefactis, non tam scutum obunxit,
Et hastam ualidam, quam ensem. circumq; socij
Tentarunt arma incuruare, neq; poterant (liter
Eam hastā flectere uel minimū, sed adeò immobi-
Inflexibilis robustis riguerat manibus.
Verū illis grauiter irascens ipse Aphareius Idas,
Percussit secundum urachū ingenti ense. resulta-
bat autem acies, (runt
Malleus incude tanquā repercutiū, illiq; infremu-
Læti heroes propter spem uictoriæ,
Etiā ipse post hæc ungebatur, subiqtq; ipsum robur
Mirum, ineffabile atq; intrepidum. ipsaq; utrinq;
Manus

Manus occaluerant robore, redditæ robustiores.

Haud secus quam quando bellicosus equus sitiens 59

Pede, himiens, pulsat solum, sed desuper (pugnae
Exultans arrestis auribus ceruicem attollit.

Talis qdē Iason ferebatur fortitudine membrorū,
Frequenterq; antē et retrō sublimē pedē mouebat,
Scutum æreum hastamq; in manibus uibrans.

Diceres tenebroso in æthere emicans

Tempestuosum fulgur, frequens illucescere.

Ex nubibus, cum densissimum imbre ferunt.

Et tunc deinde non diu amplius temperaturi à cer-

Erant, sed transtris ex ordine sedentes, (taminibus

Facile admodum ad campum Areium contenderūt.

Tantum autem ulterius erat urbis ex aduerso,

Quantum à carcere proposita currui meta

Fit, quando certamina mortui Regis

Procuratores peditib. simulatq; equitib. proponūt.

Offenderūt uero Aeetā, & aliorū ordines Colcho

Hos quidem Caucasicis insistētes scopolis, (rum

Illum uero ibi iuxta litus curuum fluuij.

Iason autē, quando retinacula alligarunt socij,

Tunc sanè cum hasta scutoq; perrexit ad pugnam,

È nauē prosilens. simul etiam capiebat nitentem

Aereā galeam, acutis plenā dentibus, (qdē Marti

Atq; ensem circū humeros, nudus corpore. cætera

Similis, cætera uero fermē aureo Apollini. (rorū,

Circūspectans ergo, in nouali uidit iuga ærea tau-

k § Solidissimumq;

Solidissimumq; ad ista ex durissimo adamante a-
ratrum. Cuem hastam infixit,

61 Appropinquauit autem deinde eundo, iuxtaq; gra-
Erectā infima parte hastæ, ac galeā depositū tollēs.
Iuitq; ipse ulterius cum scuto, immania taurorum
Vestigia indagans. illi uero ex horrenda
Latebra atra, ubi ipsis erant bouilia

62 Capacia, fuliginoso circumsepta fumo,
Ambo simul proruebant, ignis flammam efflantes.
Exterriti autem heroes, ut uiderunt. sed ille eos (tra-
Sedulò declinans adortos, tanquam latens in mari pe-
Sustinet impetuosis resonantes uentis undas,
Ante autem se scutū obtendit. illi uero ipsum ambo
Mugitu, robustis impetuerunt cornibus,
Neq; ipsum uel tantillum euenterunt occursantes.

63 Sed ueluti quando in foratis uentosis fornacibus
Folles fabrorū, nunc quidem accidunt (flatu,
Ignem uehementem ardere, nunc rursus desinunt à
Ingensq; ex eo fit crepitus, quando commouetur
Ab imo: sic profectò illi atram flammam expiratēs
Oribus, cum strepitu. Illum autem sœuus ignis
Circumdedit, tanquam fulgur. Virginis tamen ip-
sum pharmaca tuebantur.

Ac ille dextri bouis cornu summum apprehendens
Depresbit fortiter cunctis viribus, donec admoueret
Iugo æreo, eumq; in terram strauit geniculatim,
Celeriter pede premens pedē æreū, ubi uero alterū
Labefactauit

Labefactauit geniculatim inuadentem, uno per- 64
cussum ictu,

Vastum abiiciens humi scutum, huc atq; illuc
Hac & illa parte firmus ambos continuit collapsos
In genua anteriora, per flammā ex tunc liberatus.
Admiratus autē Aeetas robur uiri, ipsi⁹q; forte⁹ tunc
Tyndaridæ (iam enim illis dudum uisum erat)

De prope iuga ei è campo præbebant imponere.
Verū ille fortiter alligauit lora, per mediū at tollēs

Aereum temonem forti accommodauit annulo

De iugo: illi ab igni retro ad nauem (posuit tergo.

Recesserunt. hic uero rursus corripiens scutum, im-

Pōst etiam recipiebat acutis plenam dentibus

Galeam fortem, hastamq; immensam, qua media,

Agricola tanq; aliquis Thessalico pūgebat stimulo, 65

Stimulans latera: ualdeq; firmam, magnamq;;

Factam ex adamante gubernabat stiuam.

Illi autem interea quidem supra modum indigna-
bantur, (tus,

Insanam efflantes ignis flammā. oriebaturq; fla-

Quasi rudentium uentorum sonus, quos maximè

Metuentes magnum uelum nautæ subtraxerunt.

Diu autem non pōst instigati ab hasta, (tro

Processerunt, asperumq; proscindebatur nouale re 66

Sectum taurorum ui, fortiq; aratore.

Mirè uero crepuerunt simul in sulcis terræ

Glebae fractæ graues. sequebatur enim ipse

Per

Peruestigium forti premens pede, proculq; à se
 lactauit aratam dense in glebam dentes,
 Respectans, ne sibi ante obuiaret
 Terrigenarum uirorū horrēs seges, illiq; sane ante
 Ferreis ungulis innitentes laborabāt.
 Quando uero tertia pars diei transacti
 Deficiebat ex aurora, petuntq; fessi .
 Agricolæ dulcem sibi statim uesperam uenire,
 Tunc demū aratū erat nouale ab indefesso aratore,
 Quatuor iugerū licet existens, boumq; soluebātur

67 Et hos quidem in campū terrefecit fugere. Caratra.
 Verū ipse mox ad nauē redijt, donec postea illos
 Terrigenarum conspexit sulcos. circum autē socij
 Animabant uerbis. Porro ille ex fluuij fluentis
 Ipsa hauriens galea restinxit aqua sitim,
 Flexitq; genua agilia, magnōq; impletus animo,
 Præln cupiens, apro similis, quilibet dentes
 Acuit in uenatores, circum autem plurima
 Spuma ab ore in terram defluxit commoto.
 Illi ergo iam in toto erumpabant agro

68 Terrigenæ, inhorrueruntq; circa uastis scutis,
 Hastis acutis, galeisq; micantibus,
 Martis delubrum homicidæ. attigit autē splendor
 Ex imo Olympum per aera coruscans.
 Quemadmodum quando in terrā multa nixe lapsa,
 Iterum hybernas nubes dissiparunt uenti,
 Obscura sub nocte, ipsaq; crebra cuncta apparent
 Astra

Astra nitentia per tenebras. Sic certè illi (Iason
Splendebant, emergentes super terram. Cæterum
Recordatus est Medeæ astutæ consiliorum,
Corripuitq; è campo immane rotundum saxum,
Grauē bellici discum Martis. neq; uero ipsum uiri
Inuenes quatuor, à terra uel paululum sustulissent.
Hoc sanè manu corripiens, admodum procul inie-
cit medijs,

(cultè

Impellens. Ipse uero retro suum scutum sedebat oc-
Audacter, Colchiq; ualde clamabat, nō aliter quam
Insonuit, acutis fremens cautibus. (quando pontus
Ipsum uero inuasit silentium, ex iactu grauis disci, 69
Aeetam. sed illi tanquam feri canes, grassantes
Inuicem cum fremitu, pugnabant, atq; in terram
Matrem conciderunt suis sub hastis, ueluti piceæ,
Aut quercus, quas uenti turbines euertunt.

Qualis autem de cælo ignita trahit stella 70

Sulcū, coruscans portentū hominibus, q ipsam cer- 71

Splendore obscurū per aera emergentem: (nunt

Talis Aesonis natus imminuit terrigenis. (scuè

Nudūq; è uagina strinxit ensem, feriebatq; promi-

Metens, multos quidem adhuc ad uentrē lateraq;

Dimidiatos surgentes in auram, alios uero usq; ad

Humeros progressos, non nullos modò stantes,

Quosdam etiā iam pedibus festinantes ad præliū.

Quemadmodum quādo iuxta fines excitato bello,

Methens agricola, ne sibi præmetant segetes,

Falcem

Falcem curuam recens acutam manibus adeptus,

72 Intempestiuam festinans metit spicam , neq; radijs
Expectat maturam siccari solis:

Ita tunc terrigenarū messuit spicā , sanguineq; fulci
Tanquam fontales meatus abundabant undis.

Conciderunt autem hi quidem , mordicus asperam
glebam dentibus

Corripiētes proni . illi uero retrosum , alij in cubitu ,

Et latera , cetis similes corpore uideri: (ponerent ,

Muli uero vulnerati , priusquā super terrā uestigiū

Quantū sursum emerserunt in auras , tantū in terrā

Sidentes madidis capitibus refigebantur .

Fici fermē taliter , Ioue immodicē pluente;

In horto teneræ euertuntur in terram ,

Reuulsæ radicitus , hortensium labor uirorum :

Ipsum autem tristitia atq; grauis dolor inuadit

Substantiæ dominum plantarium . Sic tunc Regis

Aetæ graues subierunt animo solicitudines .

Perrexit ergo ad urbem reuersius . simul cū Col-

Meditans num ipsis fortius occurreret . (chis ,

Dies occidit , atq; ideo finitum erat certamen .

A P O L L O N I I R H O D I I

Argonauticorum Liber

quartus.

Ipsa tu labore modo ô Dea , atq; consilia uirginis

Colchicæ memora , Musa Iouis nata . etenim

Stupore animus intus implicatur cogitanti , (mibi

Siue

Siue ipsum fati malum odibile, seu hoc dicam,
 Fugam miseram, qua deseruit gentem Colchorum.
 Nepe ipse cū populo, uiris quotquot præstantissimi,
 Pernox dolum profundum ipsis moliebatur,
 Suis in ædibus, triste propter certamen,
 Aeetas implacabiliter succensens, neq; prorsum
 Filiabus ista absq; suis facta esse existimat.
 Illi uero grauissimum in cor pauorem misit Juno.
 Trepidauitq; tanquam quæda leuis hinnula, quam
 in profundis

Densitatibus inter saltus canū perterrituit latratus.
 Illico enim uerè rata est non ipsum auxilium
 Latere, continuoq; omnē genus repositurum mali,
 Timuitq; ministras conscas oculi uero ei
 Implebantur igni, ac horribiliter insonuerūt aures.
 Frequenter itaq; iugulū cōrectauit, frequenterq; in 3
 Scissa capillos, tamētibili fremuit mærore. (capite
 Atq; equidem ibi tūc præter fatum perijset uirgo,
 Nisi ipsam Phixi Dea cum filijs aufugere (mis
 Impulisset consternatā leuis aut ei in mentibus ani. 4
 Exhilaratus est. deinde uero retrouersa, collecta in
 Pharmaca cuncta simul infudit capsulæ. (sinum
 Osculataq; suum thorum, et bifores utrinq; (xum
 Postes, et parietes contrectauit, ac manibus proli
 Euellens crinem, thalamo monumenta matri
 Reliquit uirginitatis flebiliq; lamentabatur uoce:
 Huc equidem pro me prolixū capillū uado linquēs,
 Mater

Mater mea tu. ualeas uero, ac seorsim multum pro-
fectæ,

Valeas Chalciope, totaq; domus. utinam te pontus
Hospes absorpsisset, priusquam in Colchicam ter-
ram uenisses.

(lauit.)

Ita fata est, à palpebris uberrimas lachrymas distil-

5 Qualisq; locuplete egressa domo

Captiuia, quam nuper patria excusit infortunium,

Neq; certè duros adhuc experta labores,

Verum ignara mali, seruiliu[m]q; onerum,

Abit metuens sœuis sub manibus dominæ:

Talis sanè cupida œdibus exiit uirgo,

Eiq; spontanei ianuarum cesserunt uectes,

Efficacibus retrogradi recedentes incantamentis,

Nudisq; pedibus per angustas festinauit uias.

Læua quidem manu peplum supercilijs cum fronte

Obtendens, & uenustis genis, dextra uero

6 Extremam in altum oram eleuans uestis.

Festinanterq; cæcam per semitam extra mœnia

Vrbis populos&cū pauore iuit. neq; quisq; animad-

Illam custodum, sed latuit eos progressa. (ueritatem)

Inde ire ad templum decreuit. non enim ignara

Erat uiae, sœpe & antea uersans cum mortuis,

Cumq; noxijs radicib. terræ, tanq; mulieres (mus.

Veneficæ:tremulo tamē præ metu trepidabat ani-

Hanc igitur modò Titania surgēs ab hemisphærio,

In sanam intuita, dea adoriebatu[r] luna

Prompti

Promptè, taliaq; in animo suo dixit:
 Non ego sola Latmum antrum frequento,
 Nec sola pulchrum propter ardeo Endymiona:
 Certe crebro etiam tu o insana dolosis carminibus, 8
 Recordata antoris, ut tenebrosam per noctem
 Temperes quieta quæ grata opera fuerint.
 Nunc autem & ipsa quasi similem sortita pestem:
 Dedit enim incurabile quidem Iasonem malum esse,
 Deus tristis: ideo uade, audeq; tamen,
 Cauta licet existens, luctuosum dolorem tollere.
 Sic fata, eam repente pedes ferebant properantem.
 Alacriter uero ad litora contendit fluuij,
 Ex aduerso cernens ignis lucem, quam certe certa
 Per tota nocte heroes laetitia accendebat. (minis
 Acutaq; deinde per tenebras mirè uoce, (orum, 9
 Minimum Phrix ex aduerso litore reclamauit filii
 Phrontin. Ille cum suis fratribus uocem uirginis,
 Ipsiq; Iasoni indicauit, tacite uero socij (re erat.
 Obstupebant, quando intellexerunt. illeq; etiā ue-
 Ter quidem clamauit, ter autem hortante coetu
 Phrontis iterum reclamauit. ipsi q; interea
 Heroes ad illam citis remigabant remis.
 Nondum retinacula nauis terræ ulteriori
 Iniecerant, ille celeres terræ pedes immisit Iason,
 Altè ex tabulatis, simulq; Phrontis & Argus
 Nati duo Phrix in terram exiluerant. Ipsa ergo illos
 Genua ambabus amplexa, fata est:

Me ò mi amici eripite miserā, quemadmodū et ipsos
 Vos ab Aeeta. etenim palām sunt (naue)
 Cuncta admodum, neq; aliquod consiliū adest. sed
 Aufugiamus, priusquā ille ueloces cōscēdat equos.

- 10 Exhibebo autem auream ego pellem, sopiendo
 Custodem Draconem. tu uerò Deos in tuis socijs
 Hospes, tuorū uerborū testes, quæ mihi pollicitus,
 Fac: neq; hinc longius profectam;
 Orbitate cognatorū cōtemptā desertamq; reddas.
 Dixit cōsternata. uehemēter aut mētes Aesonidæ
 Gauisæ sunt, ac statim ipsam ad genua prouolutam
 Modestē erigens, amplexus, consolatusq; est:
 Carissima, Iupiter ipse cœlestis Horcius sit,
 Iunoq; Nuptialis Iouis coniunx, nempe meis
 Virginem te domibus præposuisse uxorem,
 Quando in Thessaliam peruererimus reuersi.
 Sic fatus, manumq; statim iunxit manui
 Aliter, illa. Dextram, atq; ipsos ad sacrum lucum iubet
 Nauem celerem impellere illico, ut adhuc noctu
 Vellus adepti asportent, contra opinionem Aeetæ.
 Tunc dictum factumq; simul erat properantibus.
 In ipsam enim ingressi à terra protinus mouerunt
 Nauem, multus aut strepitus impellentium remis
 Erat heroum. ipsaq; retro uersa,
 Terræ manus extendit mœsta. uerùm Iason
 Animauit uerbis, confirmauitq; tristatam.
 Quando uerò uiri somnum ab oculis abstergunt
 Venatores,

Venatores, qui canibus confisi, neq; nocte
 Ad crepusculū usq; dormiūt, uitantes lucē auroræ; 11
 Ne prius obscuret ferarū uestigationē atq; odorem
 Ferinum, albis incidens radijs:
 Tunc sane Iason, virgoq; è naue simul egressi,
 Virentem per locum, ubi arietis perhibentur
 Cubilia, cum primum lassa genua inflexit;
 Tergo ferens Minyæum filium Athamantis,
 Propeq; fuliginosa erant aræ fundamenta, (xus,
 Quam quidē Aeolides Ioui Phygio extruxit Phri 12
 Immolans illud monstrū aureū, quæadmodū ei dixit
 Mercurius prouidus oblatus. tunc equidem illos,
 Argi suos, Heroes missos fecerunt.
 Illi uero per compendiū ad sacrū lucū contendērūt,
 Fagum absconditam quærentes, in qua uellus
 Hærebat nubi similis, quæ oriente
 Sole rutulis rubet radijs,
 Verè ille è contrà prælongo extendebatur collo;
 Ferox insomnibus prospiciens Draco luminibus
 Aduentantes, sibilatq; horrendū. circū autē longæ
 Ripæ fluuij, atq; ingens resonuit lucus.
 Audiebant & qui non parū procul à Titania terra 13
 Colchida incolunt, iuxta ostia Lyci,
 Qui ortus à fluuio resonantis Araxis,
 Phasidi miscet sacram undam, ipsiq; unā ambo
 Caucaseum mare in unū peruenientes effundūtur.
 Pauore autem percellebantur matres, puerisq;

Infantulis, qui sibi in gremijs dormiebant,
 Sibilo territis, manus obtendebant exanimatae.
 Non aliter, quam quando incensam syluam super
 Fumi procellæ plurimæ uoluuntur, (ignitæ
 Aliaq; repente post aliam emergit semper cōminus
 Ab uno uorticibus sublimis exorta.

- 14** Ita tunc illud monstrum innumeros uoluebat
 Flexus, ardentibus opertos squamis.
 Huius autem rotantis in oculos infudit uirgo
 Sōnnū opitulatorem. Deorū supremum inuocās,
 Suaui uōce sopire monstrum. inclamatq; Reginā
 Nocturnā, infernā, fœlicem tribuere conatum.
 Sequebatur uero Iason, territus. Cæterū ille iam
 Incantamentis sopitus, prælongam extendebat
 in spinam
 Serpentinæ spiræ, explicatus innumeris orbibus:
 Veluti quando debili uolutata mari,
 Vnda nigra, muta tranquillaq; fit. attamen
 Altè horrendum caput tentauit attollens,
 Ambos sœuis amplecti mandibulis.
15 Hæc autem ipsum iuniperi recens secto rāmo (bus
 Intingens, ex potionē efficacia pharmaca carmini-
 Rorabat in oculos, circumq; plurimus odor
 Pharmaci somnū creauit, mandibulāq; ipso in loco
 Demisit innixus, immensaq; multum retro
 Volumina densam per syluam extensa sunt.
 Tunc demum ille aureum à queru diripuit uellus,
 Virgine

Virgine iubente. hæc uerò continuè stans,
Pharmaco demulxit monstri caput, donec eam
Ipse suam ad nauem reuerti Iason
Iussit, reliquitq; umbrosum Martis nemus.

Quem ad modū autem lunare, dum plenus est, uir-
Ex alto cōsurgentē sub tecto thalami (go splēdorē
Tenui ueste excipit, inq; illi cor

Gaudet cernenti pulchrum iubar: sic tunc Iason
Lætus, ingens uellus suis auferebat manibus,
Ac ei in flavis genis atq; fronte

Splendor lanarum flammæ similis aspersit rubore.

Quinta uerò pellis bœuis anniculae, aut ceruæ
Est, quam uenatores Achæineam uocant:

Tanta erat undiq; aurea desuper pellis,

Grauabaturq; laniis operta, satisq; terra

Simul ante pedes micabat incidentis.

Ibatq; iam quidem lœuo indutus humero

A' ceruice summa talare, iam uerò rursus

Vinculo cōPLICANS: uehementer enim metuebat, se

Hominū aut Deorum priuaret obuius. (ne quis

Aurora equidē in terrā spargebatur, ipsiq; ad cœtū

Redierunt, admirati autem iuuenes magnam pelle

intuiti, (quisq;

Fulge: item, fulguri similem Iouis, impulsusq; unuf-

Atrectare cupiens, capereq; manibus suis.

Iason uerò alios quidem prohibuit, ei uerò pallium

Iniecit nouum, in puppimq; imposuit uirginem

l 3 Tollens,

Tollens, ac talem sermonem inter omnes habuit:

Iā nō amplius solliciti anxiè sitis amici, reuerti in pa-

17 Iā enim negotiū, cuius gratia difficile istam (triā,

Nauigationem subiuimus, miserijs afflīti,

Facile uirginis consilijs effectum est.

IHam ergo ego uolentem abducam domum coniuge-

Legitimam. Porrò uos Achaiæ tanquam totius,

Ipsorumq; uestrūm bonam adiutricem existentem,

Seruate. iā enim fortè opinor sedulò uenit prohibi-

Aeetas cōuentui, pontū ingredi ex flumine. (turus.

Alij quidem per nauem ex ordine uiro uir

Sedens, remis remigate. alijs uero bouina (rum

Scuta dimidiati hostiliū fortiter munimentū plaga

Obtendētes, redditū ppugnate. nūc enim in manibus

Liberos proprios. patriā carā, uenerādosq; parētes

Tenemus, nostræq; incumbit Græcia nauigationi,

Aut infamiam, aut magnam laudem reportare.

Sic fatus, induit arma bellicosa. illi autē tremuerunt,

Vehementer prompti. ipse uero ensem ē uagina

Diripiens, nautica nauis retinacula dissevit,

Iuxtaq; uirginem armatus gubernatorem

Ancæum accessit. festinabat autē remigatione nauis

Conantiū ualde per fluuiū illico extrā nauigare.

Iamq; Aeetæ magnanimo, cunctisq; Colchis,

Medeæ cognitus amor atq; gesta erant.

18 Ad concionem congregabantur in armis, quot uel

Vndæ tempestuoso eleuantur à uento,

(ponii

Aut

Aut quot folia in terram densæ decidunt syluæ,
 Stringente foliæ in mense. quis uero ista notarit?
 Sic illi innumeri fluuij præterlegebant ripas,
 Clangore tumultuantes. ipse uero insigni in curru
 Aeetas equis excellebat, quos ei tradidit
 Eelius, flatibus similes uenti.

Læua quidem in manu umbonem rotundū tenens,
 Altera uero tædam prælongam, iuxtaq; ipsi hasta
 Omnia extensa erat ingens, sed habenæ aequorū
 Flectebat manib. Absyrtus ad mare uero prouehe-
 Nauis iam fortibus accelerans remigibus, (batur
 Et magni fluuij præcipiti impetu.

Porro Rex præ graui malo manus sustollens, 19
 Solem, Iouemq; malorum testes facinorum
 Aduocavit, diraq; toti dixit populo,
 Nisi sibi filiam captam aut per terram,
 Aut nauigabilis adepti adhuc aequoris in alueo na-
 Reducerent (ac animum expleret cupiens (uem
 Vlcisci) ista omnia, sciant capitibus
 Omne iram omnemq; suā expectantes calamitatē.
 Sic locutus Aeetas. eodemq; die Colchi
 Nauis deduxerunt, uelaq; nauibus accōmodarunt
 Eodemq; die aequor conscenderunt. neq; crederes
 Tantā naualem nauigationem esse posse. sed auium
 Cateruatim immensum agmen instrepere maribus.
 Illi uero, uento celeriter deæ consilijs spirante,
 Lunonis, ut citissimè malum Pelicæ penatibus

Aeea Medea, Pelasgida terram contingere;

Aurora tertia funes nauis alligarunt

Paphlagonum litoribus, ad Halyn fluuium.

Hæc enim ipsam egressos placare sacris

20 Mandabat Hecaten, atq; ea quæ sacrificio
Virgo exhibens parabat, abfit ut al: quis sciens
Sit, neq; me animus impulerit recensere.

Horrefeo dicere. ipsum quidem delubrum ex illo,

Quod Deæ Heroes in litoribus extruxerunt,

Viris posteris manet & tunc uideri,

Ilicò aut Aesonides cōmonefactus, simulq; cæteri

Heroes Phinei, qui quidē nauigationem alias indi-

Ex Aeafore, sed incognita erat (carat)

Cunctis simul, sed Argus desiderantibus inquit:

Redibimus Orchoñenon, quam uaticinatus est uo-
bis petere

Veridicus ille uates, in quem incidistiſtis antea. (tes

Est enim nauigatio alia, quam immortaliū sacerdo-

Ostenderunt, qui Theba Tritonide prognati sunt.

Nondum astra omnia in cœlo uoluebantur,

21 Neq; adhuc Danaorum sacrū genys licebat audire
Sciscitatibus, uerū soli erat Arcades Peloponne-

22 Arcades, qui & ante Lunam dicebantur (sij:
Viuere, glande uescentes in mōtibus, neq; Pelasgis

Terra tunc illustribus gubernabatur Deucalidis,

Quando adhuc nigra segetifera celebrabatur

Mater Aegyptus olim natorum hominum,

Et fluuius

Et fluuius Triton pulchrifluus, à quo tota

Irrigatur nigra. à Ioue aut ipsam nequaquam irrigat

Imber, uerum copiose inundationibus spicas ferebant arua.

(lustrasse

Hinc aliquem sane tradunt circum circa per totam Europam, Asiamq; uirtute & robore populi

Sui, audaciaq; fretum. innumerarū urbes habitātur, Subegit inuadens, quarū aliæ quidem aut alicubi in

Aut & non. Multa enim satis interfuit ætas.

Aea tamen adhuc manet firmiter, nepotesq;

Illorum uirorū, quos ille instituit irhabitare Aeā,

Illi quidem inscriptas patrum supra seruant

Tabulas in quibus omnes uiae & termini sunt

Maris ac terræ, quocunq; profecturis.

Est autem quidam fluuius ultimum cornu Oceani,

Amplus, profundusq; nec non & nauis onerariæ transfretare,

Istrum ipsum nominantes de longè significarunt:

25

Qui sane interim immensam secat terram

Vnus solus fontes enim ultra flatum Boreæ,

Riphæis in montibus de longè resonant.

Sed cum Thracum Scyiharumq; attigerit fines,

Tunc bifariam hæc quidem illuc in mare Tyrrhe-

num mittit,

Huc uero aquam illam profundum in sinum fundit

Separatus, ponti Trinacriæ extentum

Terræ qui nostræ adacet si uero modo

¶ s Vesta

Vestra terra Acheloius emergit.

Sic fatus illis autem Dea ostentum exhibuit
Prosperū, cui et cuncti bene ominati sunt cernētes
Proficisci: eamq; uiam prope enim sulcus erupit
Cœlestis ignis, quemadmodum & oportebat.

Læti ergo, Lyci filium ibi linquentes,
Velis apertis trans mare nauigarunt,

Montes Paphlagonū spectantes: neq; ad Carambin
Flexerunt, quoniam auræ atq; cœlestis ignis fulgur
Mansit, donec Istri magnū ad fluuiū peruererunt,
Colchi uero tunc alij quidem inania inquirentes,
Cyaneas per pontum petras penetrarunt.

Alij autē ē diuerso ad fluuiū uenerūt, quib. præfuit

26 Absyrtus,* Calonq; per ostiū transibat sequutus,
Aster pul- Quō & præuenit illos, traiiciens ceruicem terræ,
strum, Sinum in ponti nouissimum Ionij.

Istro enim quædā insula clauditur, nomen Peuce,
Triangularis, latitudinē quidē ad mare tendens,
Angustiam uero ad fluuium circumq; gemina(cos,
Separantur ostia, quorū alterū quidē uocant Are.
Alterum sub ima parte Calon ostium, huc prorsus
Absyrtus Colchiq; uelocius appulerunt.

Illi uero supra insulam summa nauigabant
Procul in palustribus autem locis innumeratas oues
deseruerunt

Pastores agrestes nauium stupore, tanquam mon-
Augurantes ponto cætifero emergentia.

Neq;

Neque enim unquam antea marinas alicubi naues
conspexerant. (guni,
27)

Neq; enim Thracibus familiares Scythæ, neq; Si-
Neq; etiam Graucenij, neq; circa Laurium iam
Sindi desertum campum uastum incolunt.

Verūm poste aquā Angurū montē, ac procul existē
Ab Anguro monte scopulum Cauliaci, (tem
Quem iuxta diffindens Ister, fluxum huc illucq;
Mitiit in mare, campumq; Talaurium transferunt,
Ac tunc quidem Croniū Colchi ad mare progressi,
Pāsim, ne ipsos latērent, præciderunt uias.

Illi uero ad tergum fluuij secuti, transferuntq;
Geminas Dianæ Brygeidas in propinquō insulas.
Quarum quidem in altera sacrum erat templum,
In altera autem multitudinem uitantes Absyrti
Egressi sunt, quoniam illas in multis missas fecerūt in-
Omnino uenerantes filiā Louis. reliquæ uero (sulis,
Refertæ Colchis, transitus prohibebant maris.

Vt aut̄ et in alijs multitudinē liquerāt ex p̄pinquo
Vsq; ad Salangonē fluuiū, Nestidaq; terrā: (insulas,
Ibi tristi Minyæ demum prælio
Pauciores pluribus succubuerint, nisi ante
Cōpositione (s facta) periculoſo declinato certamī
Vellus etenim aureū illis ipse pmisit (ne cōuenisset.
Aeetas, si ipsi exequerentur certamina,
Sine exceptione iuste habituros, siue dolo,
Seu aperte penitus inuitum spoliarent.

Verūm

Verū Medeām (hoc enim erat controuersum)
 Tradere filiæ Dianæ, à Minyis (scilicet separata)
 Donec aliquis incorruptus decernat iudex,
 An' ne illam ad patris oporteat domum redire,
 Vel potius ad ditis, pīj q; urbem Orchomeni,
 Vel in Thessaliam Argonautas sequi.
 Hic ubi cuncta mente expendisset Medea,
 Etenim eius graues cor exercebant sollicitudines
 Indesinenter, illico seorsim Iasonem solum à socijs
 Auocans duxit alio. donec separati essent
 Valde longè, flebilem q; corām prompsit sermonem:
 Aesonida, quam' nam machinamini sententiam
 Pro me? num te penitus in insolentiam coniecit
 Successus? istorum autem nullam rationem habes,
 quæ loquebaris

Necessitate intricatus? quò tandem Iouis Hiceſij
 Sacra menta? quò blandæ promissiones abierunt?
 Quibus ego imprudenter temerario consilio
 Patriam, splendorem domus, ipſosq; parentes
 Deserui. quæ mihi erant summa, proculq; sola
 Madidis in pontum cum Halcyonibus feror,
 Tuorū cauſa laborū, ut mihi ſuperstes apud boves,
 Apud terrigēas expleres certamina, (bis cœpta est,
 Nouissimū etiā et pellē, propter quam nauigatio uo
 Adeptus es mea leuitate. ingens aut̄ dedecus aspersi
 Fœminis, eo quod credor tua puellaq; coniunxq;
 Ac foror in Græciam sequi.

Penitus

Penitus iam acer defende, neq; me solam
 Te relin quas sine, discdens à Rege:
 Sed prorsus tuere iustitiaq; constans sit, (inde
 Atq; æquitas, quam ambo approbavimus. uel tu de
 Ense protinus medium iugulum abrumpe,
 Ut prænium auferam dignum stultitia,
 Crudelis. si uero me fratri pronunciauerit
 Esse ille Rex, cui obrulisti tristes istas
 Vtriq; conditiones, quomodo accedā conspectum
 patris? (grauem
 Aut adinodum inclita. quod autem supplicium, aut
 Noxam non turpiter pro flagitijs, quæ patraui,
 Feram? nec iucundum redditum obtinueris.
 Absit ut id ô Regina Iouis ratum habeat coniunx,
 Propter quam superbis. memineris uero quandoq;
 Labefactus malis, pellisq; certè instar somnij (mei, 28
 Euanuerit in caliginem futilem, exq; te patria ipsa
 Repente mæ incitauerint ultrices furiae, quæq; e
 Tua passa sum temeritate ista, non fas impunita
 Subitura terram. Valde enim magnum uiolasti iu
 ramentum,
 Impie. at qui non sanè mihi insultantes retro
 Diu eritis quieti, nomine pactionum.
 Sic fata, æstuans uehementi ira. instituebatq; ipsa
 Nauem comburere, opesq; cunctas cremare.
 Incidereq; ipsa uoraci igni. talia autem Iason,
 Amicis uerbis, subueritus, respondit:

Quiesce

Quiesce carissima, ista quidē placent nec mihi ipsi;
 Verū aliquam moram quærimus pugnæ,
 Eo quòd infestorum uirorū nubes circū accensa est
 Proprie te. Omnes enim quotquot terrā hanc oc-
 Absyrtō uolunt auxiliari, ut te patri (cupant,
 Tanquam captiuam, reducem domum reducant.
 Ipsi uero tristi periremus omnes interitu, (dolor
 Conserentes prælio manus. quo pacto & atrocior
 Erit, si te mortui rapinam illis linqueremus.
 Illa uero cōditio prætexet dolū, quo ipsum in cladē
 Inducemus. neq; pariter uicini, pariter opitulati fu-
 Colchis gratificantes pro te, sine Rege, (erint
 Qui certè adiutor atq; frater extitit.

Neq; uel ego cum Colchis cesserō decernere
 Contrà, quando mihi ne prohibuerint, reuertar.
 Dixit blandiēs. illa uero idoneū reddidit sermonē:

29 Considera nunc: necesse enim indigna ad flagitia
 Vel hoc consulere, postquam primū implicata
 Errore, diuinitusq; iniqua peregi consilia.

Tu quidem in prælio uita hastas Colchorum,
 Verū ego illum uel tuas in manus uenire

Demulcebo: tu uero ipsum lētis concilia donis,

30 Si quo modo præconibus abeuntibus persuaserō,
 Seorsim solum meis uerbis acquiescere.

Tunc certè, si hoc institutum arriserit, nihil recuso;
 Occide, simulatq; Colchis inferas pugnam.

Sic illi conuenientes, callidū dolum meditabantur;

Absyrtō

Absyrto, & munera tribuerunt hospitalia multa,
 Inter quæ et ueste donarunt preciosam Hypsipyles
 Purpurea, quam quidem Dionysio elaborarunt ipse
 Dia in maritima Charites diuæ: sed ille filio
 Dedit Thoanti, post rursus hic reliquit Hypsipylæ:
 A' qua cessit Aesonidæ. inter multa et haec auferri
 Varijs picturis affabre factum munus. non ipsam
 attrectando, (tuisses.

Neq; contemplando, dulce desiderium satiare po-
 Cuius & diuinus odor erat ex eo,
 Quo rex ipse Nyseius indormiit
 Madens uino, nec tareq; niuea amplexus
 Pectora uirginis Minoidis, quam olim Theseus
 Ex Cnocco secutam in Dia reliquit insula.
 Illa autem, quando præconibus cōmunicauit sermones
 Placare, ut quam primū Deæ ad delubrum ueniat
 Pro concordia, noctisq; atrami caliginem induat
 Ire, ut dolum unā meditaretur, qualiter potiter
 Aurea ingenti pelle redux denuò
 Redeat ad Aeetæ domum, quoniam ipsam ui-
 Nati Phixi tradiderint peregrinis abducere.
 Talia admonens, efficacia pharmaca aspersit
 Aetheri & uentis, quæ & de procul existentem
 Feram excelsø de monte abstraxissent bestiam.
 Crudelis amor, ingens pestis, immane odiū hominū. 31
 Ex te duræ discordiæ, gemitusq; luctusq;, (bus;
 Doloresq; alij super alios innumeri incruduerunt,

Hostium

Hostium contra natos incitare Deus eleuatus,
 Qualis Medeæ tristem mentibus incusisti atem?
 Quomodo enim iā aggressum sæua domuit cæde
 Ab syrum? id enim nobis deinceps erit cantilenæ.
 Quando D. anæ in insula illam reliquerant
 Ex pacto, illi quidem separatim nauibus soluerunt
 Suis segregati, ipseq; ad insidiæ iuerat Iason,
 Observans Ab syrum, ac suos etiam socios.
 Sed ille indignis pollicitis circumuentus,
 Euestigio sua nave per maris æstum penetrans,
 Nocte sub obscura sacram ingressus est insulam,
 § 2 Solusq; contrâ accedens tentauit uerbis
 Suam sororem, simplex puer, tanquam torrentem
 Hybernum, quem neq; iuuenes traiciunt:
 Nam dolum peregrinos propter Heroas machina-
 Atq; illi in singulis consenserunt mutuò. (retur,
 Suuítò Aesonides ex latentibus inuasit insidijs,
 Nudu n eleuans manu ensem. statim autem Medea
 Retro oculos auertit, obiecta uelamine,
 Nec cædē cerneret fratris percussi. (taurum,
 Ipsum ergo ille, popa tanquam immanem cornigerū
 Cœcidit excipiēs, templū prope, quod quondā ex-
 Diana Brygi indigenæ ex aduerso. (truxerant
 Cuius in uestibulo in genua concidit, postremoq;
 Animū exhalans manibus atrum ambabus (heros
 Sanguinem è uulnere hausit, ipsiusq; uelamen
 Niueum, uestemq; transfugæ rubefecit:
Taurum

Toruum autē omnidomans obliquo aspexit, quale
Oculo, ferox dirum facinus Erinnys. (patrauit,
Heros uero Aesonides primitias execuit mortui,
Terq; expiauit cædem, terq; scelus expuit dentiū:
Tanquā fas est percussoribus cædes auerruncare.
Madidumq; in terra condidit cadauer, ubi adhuc
Iacent ossa illa inter homines Absyrteos.
Illi ergo simul ignis iubar coram conspicati,
Quod ipsis virgo signum accendentibus sustulit
Colchicam prope nauem, suam nauē adflectebant
Heroes, Colchorumq; fuderunt exercitum, ceu ac-
cipitres

Genus columbarum, aut numerosum gregē leones
Feri sternunt stabula inuidentes,
Neq; aliqua illarum mortē euadit, sed totam turbā
Ignis instar populantes inuaserunt. serō tamē Iason
Superuenit, promptus opitulandi, non admodū ope
Indigentibus: iam etiam pro ipso solliciti erant.
Tunc demum de nauigatione cōmoda contulerunt
Sedentes consilium, superuenitq; ipsis virgo
Consultantibus, sed Peleus primus loqui coepit:
Iam nunc uolo nocte adhuc nauem ingressos
Remigatione promouere nauigationem contrariā
(scilicet ei quam obtinent)

Hostes de manē enim conspicatos singula, (qui
Non existimo aliquē sermonē, qui ulterius perse-
Nos impellat, illis persuasurum: sed tanquam Regē
m
Vidui,

Vidui, grauibus dissidijs dispergentur.

Facilis ergo nobis, studia in contraria scisso uulgo,
Ip̄ja fuerit postea redeuntibus uia.

Sic fatus: approbarunt aut̄ Argonautæ uerba Pelei,
Illicoq; nauem ingressi, incubuerunt remis

34 Strenue, donec sacrā Electrida insulam attigerunt,
Aliarum ultimam, fluuium prope Eridanum.

Colchi autem, ubi interitum compererunt Regis,
Scilicet querere constituerunt in toto

Scilicet A- Argonem & Minyas Cronio mari, t̄ sed impedivit
driatico. Iuno horrendis ab æthere fulguribus

Vltimum, ipsi uero rursus Colchicæ sedes terræ
Timuerunt, fugientes iram sœuam Aeetæ.

Tutò aliò aliò delati habitauerunt.

Hi quidē ipsas insulas ingressi, quibus cunctati erat
Heroes, inhabitanturq; cognomines Absyrti:

Illi uero in Illyrico profundo fluvio, (diderunt,
Monumentum ubi Harmoniæ Cadmiq; turrim cō-
Viris Enchelibus accolæ: aliò deniq; in montibus

Incolunt, qui Ceraunij appellantur,

Ex tunc, postquam eos Iouis Saturnij fulmina
In insulam ex aduerso fitam auerterunt appellere.

Heroes autem, quando ipsis uisus reditus securus,
Tunc prodeentes, in terra retinacula alligarunt

35 Hyllorum, insulæ enim eminebant frequentes,
Difficilem nauigantibus uia per mediū reddentes
Neq; ipsis, ut antea, iniuncta moliebantur

Hylli,,

Hylli, sed magis monstrabant uiam,
 Mercedem accipiētes, tripoda ingentem Apollinis.
 Geminos enim tripodas p̄cul dedit Phœbus auferre
 Aesonidae, peruenienti ad oraculū, ubi Pythonem
 Sacram percontaturus accessit ipsius, pro sua crinit,
 Nauigatione, fato definitū uero ubi terrarū posue-
 Nec unquam hos libus euersum iri uenientibus.
 Idcirco usq; in hodiernū in ea ille abditus est terra,
 Circa urbem inclytam Hyllenida, multum sub
 Terra, ut inconspicuus semper hominibus esset.
 Nec tamē amplius uiuentem ibi inuenerunt Regem
 Hyllon, quem formosa Melite peperit Herculi,
 Populo Phœacum. hic enim ædes Nausithoi,
 Macrinij attigit, Dionysij nutricem, (sulā postea,
 * Parūus existēs quondā habitabat, sed reliquit in-
 Lustratus liberorū miserabilem cædem, ubi ille
 Aegæi uiolauit amans fluuij, (filiam
 Naiada Meliten, quæ potentem peperit Hyllum.
 Neq; etiam ille adultus, ipsa uoluit in insula
 Habitare, dominantis ob fastum Nausithoi.
 Profectus aut̄ est ad mare Saturniū, s. Adriaticum,
 collecto eiusdem terræ populo
 Phœacū. simul enim Rex ei instructū reddidit iter
 Heros Nausithous. atq; ibi qdē abiit: ipsum aut̄ po-
 Mētores, agrestib. dimicantē p̄ bob. (stea occiderūt
 Verū Deæ, quo pacto isto ex mari ad terram
 Ausoniam, insulasq; Lygistidas, quæ nominantur

Nothus uer-
 sus ille uide-
 tur. Quis si
 tollatur, mol-
 lius cohære-
 būt. uel trās-
 postus est, et
 subiiciendus
 post habita-
 re;

Stœchades, Argoæ immania monstra nauis
 Verè dicuntur: quæ de longè tantum necessitas
 Et caußâ ipsos pertulit? quæ ue ipsos deduxerat au-
 Ipsum fermè magnificè collapso Absyrto (ræ?
 Iouem deorum regē ira corripuit, qualiter fecerant.
 Aeæq; sœum coniectauit consilijs Circes
 Sanguinem expiaturos, antè infinitis tristatos,
 Reuersuros esse. quod quidem nullus optimatum
 intellexit.

Quare festinarūt ex terra Hylleida reuertēdo (tea
 Procul, illasq; reliquerunt, quotquot à Colchis an-
 Ex ordine plures erant Liburnides in mari insulæ,
 Issa malesona, desiderabilisq; Pityea.

Sed deinde post istas ad Corcyram delati sunt,
 Vbi Neptunus Asopida habitare fecerat, filiam
 Pulchricomā Cercyrā, longè à Phloeuntide terra
 Rapiens ex amore. nigram uero ipsam uiri
 Nautæ ex ponto obscura undiq; sylua
 Cernentes, Cercyram dixerunt Melænam,
 Post hanc & Meliten, secundo læti uento,
 Altamq; Cerossum, desuper inultum existentem,
 Nymphæam præterierunt: ubi regina Calypso
 Atlantis habitabat: ipsos autem aerios uidere

37 Montes putabant, Ceraunia. & tunc consilia
 Pro ipsis, Iouis simul ac graue iram intellexit Iuno,
 Machinans profectione nauigationis, excitauit ue-
 Contra illi aut inde abreptim ferebantur (tos
 In insulam

In insulam asperam Electrida, moxq; repente

Insonuit humano sono per medium pulsantium

Voce caua nauis, lignum quod quidem in media

Carina Minerua è Dodonida impegit fago.

38

Illos autem uehemens interea pauor corripuit au-
dientes

Sonum, Iouisq; grauem iram. non enim euafuros

Dixit (scilicet nauis) neq; uada uasti maris, neq;

Periculosas, nisi Circe cæde Absyrti (procellas

Sæuam expiarit. Pollucemq; supplicare

Atq; Castorem immortalibus Dijs iussit, uias

Ausonij antè præbere maris, in quo Circen

Offendant, Perses & Eelij filiam,

Ita Argo clamauit obscure, ipsiq; eruperunt

Tyndaridæ, ac manus sustulerunt immortalibus

Supplicantes singula, mceror uero inuasit alios

Heroas Minyas. ipsa uero incitata multum ulterius,

Velis peruererunt in intimum sinum Eridani,

Vbi ardenti ictus secundum pectora fulmine

Semicombustus Phaethon cecidit de curru Solis,

Paludis in alueū caput agrauantis, atq; adhuc ho-

Vulneris ardoris grauem reddit uaporem: (die

Neq; aliqua aquam istam pennas leues expandens

Avis potest tranare, sed in medium

Incendio infilit uolans. circum autem filiae

Heliades, proceris induæ alnis,

Lugent querulum miseræ luctum, exq; nitentes

Electri guttas oculis profundunt in terram,
Quæ sane à Sole arenisq; siccantur.

Quando uero inundauerint atri aquæ stagni,
Litora à flatu sonori uenti,

Tunc in Eridanū prouoluuntur frequenter cunctæ

- 39** Aestu anti fluxu. Galli uero famam uulgarunt,
Quod Apollinis istæ lachrymæ Latoidæ (bat olim,
Inferatur uorticibus, quas nimirū innumeræ funde
Quando Hyperboreorum sacram gentem accessit,
Cœlū splendidū relinquens patris reprehensione,
Succensens pro filio, quem in diuite Lacerea
Diua Coronis peperit ad ostia Amyni.
Atq; hæc quidē isto pacto illos inter homines uul-
gata sunt.

Illos autem neq; cibi tangebat desideriū, neq; potus,
Neq; ad hilaritatem uersus animus. sed sane isti
Interdiu attenuabantur, debiliter grauati
Odore tristi, quem intolerabilem effundunt
Fumantis Phæthontis in fluxus Eridani.
Noctu uero ibi luētū clarum plorantiū audiuerunt
Heliadum, uehementer ipsæq; lachrymæ flentibus
Veluti oliuariæ guttæ in aquis ferebantur.

- 40** Ex tunc autem Rhodani profundū sinum intrarūt,
Qui ad Eridanum accedit, simulq; aqua
In arcto resonat confusa. sed ille terra
Ex intima, ubi sunt portæ ex sedes noctis,
Uinc exoriens hic quidem fremit ad litora

Oceani,

Oceani, illic uero è diuerso ad Ionium mare tendit.
 Alibi etiam in Sardoum pelagus, atq; uastum sinum
 Septem per oslia mittit fluxum. eq; isto sane
 Paludes intrarunt procellosas, quæ per Gallorum
 Terram aperte sunt; immensam ubi illi (rupes
 In calonit uē in ferrimā incidunt. eminebat enim
 In sinum Cœarum quam nō prospicientes fuissent
 Illi juri, illi, icq; n̄cquaquā reduces liberati fuissent,
 Nisi Iuno de monte Hercynio clamauisset,
 Cœlo delapsa, terrore uero perculsi sunt uocis
 Cūlci, jūnul, bonū dū enim magnus insonuit æther.
 Iterum autem retro agebantur à Dea, atq; notarāt
 Illud uadum, quo erat redditus proficiscientibus.
 Seri tamen litora salsa attigerunt,
 Iunonis consilijs gentes multas Gallorum
 Et Ligurum peragrantes, ignoti. circū enim densam
 Nebulam fudit Dea quotidie pergentibus.
 Intimum autem sane isti ostium naue trajcidentes,
 Stœchadas intrarūt insulas incolumes ppter Curos
 Dios (scilicet Castorem & Pollucem) propterea
 quod iam aræ atq; sacra illis instaurata
 Rite: neq; solū illā opitulatores sequebātur (naues.
 Navigationē, sed Iupiter uel posteriorū cōmendauit
 Stœchadas postea linquentes, ad Aethaliam delati
 Insulā, ubi lapillulis abstergebant fessi (junt
 Sudorem diligenter. Colori uero litoris sunt
 Similes, inde disci & arma insignia illorum,

Indeq; portus Argous cognomine dictus.

Illico uero inde per maris aestum nauigabant,
Ausonae litora Tyrrhenae aspicientes,

41 Appulerunt Aeææ ad portum nobilem, eq; naue
Retinacula in litora miserunt, ibi q; Circen
Inuenerunt maris humiditatibus caput lauantem.
Ita enim nocturnis somnijs attonita reddita. (mus
Sanguine ei thalami, simulatq; mœnia cuncta do-
Madere uidebantur, flammaq; uniuersa pharmaca
deuorabat, (nissent.

Quibus antea aduenas demulxit uiros, quicunq; ue-

Istam ipsa cruento deleuit sanguine rubentem
Manibus hauriens, cessauitq; à graui terrore.

Quare & instantे aurora, liquoribus marinis
Experrecta, capillos, simulatq; uestes lustrabat.

Feræ autem non feris similes immanibus,

Neq; quidem uiris simile corpus, sed aliud ab alijs
Permitte mēbris incedebat numerosæ, tanquā oues
Ex ouibus diligenter eunt sequentes pastorem.

Tales & priores è luto produxit

Terra ipsa, mistis compositos membris,

Nondum sitibundo admodum sub aere constricta,

Nondumq; torridi radijs usq; adeò Solis

Humoribus orbata: istis tamē in classes duxit tēpus
Digestis, sic illi natura feroce sequebantur.

Heroas aut inuasit horror ingēs. illicoq; unusquisq;
Circes ad indolem, oculosq; spectantes,

Facilè

Facile sororem dixerunt esse Aeetæ.

Illa ergo quando demū nocturnorū terriculamenta
dempſit ſomniorum,

Repente dein retroceſſit, illoſq; ſimul ſequi

Manu apprehendens callidè iuſſit.

Tunc certe cohors iuſſis Aesonidæ (puellam.

Mansit audacter, ipſe uero obſeruabat Colchicam

Amboq; ſequebantur eandē uiā, donec perueniret

Circes ad domum, illoſq; in pulchris iuſſit

Iſta thoris ſedere ſuſpensa aduenientibus.

Illi ergo tacite, ſineq; uoce in foco conſenſo

Sederunt, ueluti moſi miseriſ ſupplicibus eſt.

Hæc quidem ambabus imponens manibus frontē:

Sed ille ferreum ingentem enſem terræ infigens,

Quo Aeetæ filium conſecit, neq; aliquādo oculos

Rectā in palpebris ſuſtulerunt. protinus autem co-
gnouit

Circe capitalem calamitatem, piaculumq; cædis.

Quare et reuerens Iouis ius Hiceſij,

Qui grauiter quidem iraſcitur, ſedulò tamen homi-
cidis auxiliatur,

Peragebat ſacrificium, quo expiantur (runt.

Abominabiles ſupplices, quando Epeſtij aduene-

Primum quidē immutabilis expiationē iſta cædis 43

Producens deſuper ſuis fœtum, cuius adhuc ubera

Turgebant recens enixo ex utero, crurore manus

Tinxit, incidens collum, rursus autem et alijs

m 5 Placabat

Placabat lustrationibus, expiatorem inuocans
 Iouem, ob cædem cōmissam, patronū supplicationū.
 Atq; ista quidem affatum omnia ædibus piamina de-
 prompserunt

Nymphæ sacrificæ, quæ ei ministrabant singula.
 Hæc uero intus molas, placatiuaq; sobrijs
 Cremauit uotis ante larem, ut ab ira
 Horrendas compesceret Erinnas, simul & ipse
 Benevolus fieret & æquus utrisq;.
 Siue igitur externo polluti sanguine manus,
 Seu consanguineo, solliciti supplicauerint.

Porro ubi ritè omnia peregit, tunc demum postea
 Locauit in decoris erigens thronis, (monibus
 Et ipsa propè confidebat ē conspectu, ac statim ser-
 Gaussum, nauigationemq; ordine sciscitabatur:
 Atq; unde ad terram suam ac domum profecti,
 Sic desedissent Ephestij, certè enim somniorum
 Recordatio grauis subiit, mentes incitans,
 Cupiebatq; puellæ consanguineam noscere uocē.
 Mox autem ubi uidit à solo oculos attollentem,
 Tota enim Eelij soboles illustris uideri

44 Erat, quoniam oculorum de procul scintillis
 Quasi aureum contra miserant splendorem:
 Ipsa ergo ei sciscitanti edisserit,
 Colchicam uocem emittens, irati Aeetæ
 Filij blandè non tam nauigationem, quam uiam
 Heroū, quæq; circa dura perpeſi erant certamini,
 Quemad-

Quemadmodum etiam sororis sollicitè præuaricata sit consilijs,

(tris

Ac ueluti separatim effugerit tremendas minas pa-

Cum liberis Phixi. cædem tamē noluit exponere

Absyrti, illam uero nihil mente fugit: attamen

Lamentantem miserata est, responsumq; post hæc

reddidit: (profectio:rem,

Misera, profectò malam atq; indignam proposuisti

Opinor non te diu grauem indignationem Aetæ

Effugiturā, forsitan aut uenerit et ad sedes Græciae,

Vlturus necem filij: quoniam indignissima facinora
designasti.

Verūm postea quam supplex & cognata es mea,

Aliud pfectò nullū malū machinabor huc pfectæ.

Abi autem ex ædibus, peregrino comes existens,

Quemcunq; illum ignotum sequuta es patre absq;

Ne ergo me oraueris ad larem. non enim ego

Probabo consilia tua, turpemq; fugam.

Sic fata, illam uero ingens mceror corripuit, pe-

plumq; (heros

Oculis obijciens, lachrymas fudit, donec ipsam

Manu complexus, ex ædibus duxit foras

Pauore percussam, liqueruntq; ædes Circes.

Nec coniugem Saturnij Louis latuerunt, sed ei Iris

Significauit, quando uidit ex ædibus prodeuentes.

Illa enim ipsam iusserat obseruare, quādo ad nauem

Reuerterentur. ideo & iterum extimulans infit:

Iris cara,

Iris cara, nūc, si unquā alias mea effecisti mandata,
 Eia age, pernicibus discedens alis,
 Huc Thetin mihi iube uenire, mari egressam.
 Eius enim necessitas me inuadit. Porro deinde

45 Perge ad insulas, ubi incudes Vulcani
 Ferre æ durissimis tunduntur malleis.
 Dicq; compescere folles ignis, donec Argo(tende,
 Illas præterlapsa fuerit. Cæterum ad Aeolum con-
 Aeolum, qui uentis sudificis dominatur,
 Illiq; dic meam mentem, ut uentos
 Omnes coherceat sub cœlo, ne uel aliqua aura
 Perturbet pelagus. Zephyri tamen uentus spiret,
 Donec illi Alcinoi Phæacida ad insulā perueniāt.
 Ita fata est. continuò uero Iris ab Olympo festinās,
 Accelerabat extensa leues alas, subiqtq; pontum
 Aegæum, ubi domicilia Nerei sunt.
 Primamq; accessit Thetin, ac exposuit caussam
 Iunonis mandato, iussitq; hanc ad illam uenire.
 Deinde ad Vulcanum pergit, compescuitq; ipsum
 Facile à ferreis ictibus. quiescebant autem à flatu
 Ardentia fulmina. Verum tertio accessit
 Aeolum Hippotæ filium inclytum. dum autem ei
 Nunciū referens, & agilia genua quieuerūt à uia:
 Interim Thetis Nerea sororesq; linquens,
 E' mari Olympū ad Deā profecta est Iunonē. (tiā:
 Quæ ipsam prope se collocauit, declarauitq; sente-
 Audi nunc Theti diua, quæ certè cupio dicere.

Scis

Scis quidem, quantum meo in animo colatur heros
Aesonides, atq; alij socij certaminis,

Qualiterq; ipsos seruauit per Cyaneas tranantes 46
Petas, ubi æstu horrendæ fremunt procellæ,
Vndeq; asperas circum franguntur cautes.

Nuc aut ad Scyllæ scopulū uastū, atq; Charybdim
Terribiliter fremetem, restat uia. proinde, te enim
Ab ipsa infantia inde alui, atq; dilexi, (iam
Præ alijs quæ in pelago degunt,

Eo quod detrectasti in lecto Louis efflagitantis
Dormire (illi enim semper istæ res curæ sunt,
Vel cum immortalibus uel mortalibus misceri)

Sed mei reuerens, atq; ex animo metuens, (uit,
Profugisti. ille aut postea magnum iuramentū iura-
Ne unquam ad immortalis Dei uocareris coniuge.

Attamen non omisit obseruans iniuitam,

Donec ei ueneranda Themis indicauit omnia:

Quod scilicet fato ordinatū, præstatiore patre suo
Filium pariturā ipsam. unde, licet tui cupiēs, omisit
Metu, ne quis sibi æqualis dignitatis aliis præcesset
Immortalibus, sed usq; suam potentiam retineret.

Quare ego optimum mortalium maritum esse

Dedi sane. ut uero nuptias iucundas haberetis,

Liberosq; produceres, Deos ad coniuinium uocauit

Cunctos simul: ipsaq; facem manibus prætuli

Nuptialem, illius egregij caussa honoris.

Quocirca age aliquid certum dicam,

Quando

Quando ad Elysium campum tuus filius uenerit,
Quem quidem Chironis in ædibus Centauri

Nymphæ nutriunt, tui desiderantem lactis.

Necesse ipsum filiæ maritum esse Aetæ

Mædeæ. Tu igitur opitulare nurui, socrus existens,

48 Atq; ifsi Peleo. quid nam ira obfirmata est?

Ojjendit. etenim ad Deos pertinet noxa.

Profectò quidem præcepto meo Vulcanū opinor,

Superfessurum inflare ignis uim: Hippotaden uero

Aeolium, uehementes uentorū turbines cohibituru,

Præter placidum Zephyrum: donec perueniant

Phœacum ad portus. tu ergo tutum cura redditum.

Metuendæ uero petræ atq; immanes undæ sunt

Solum, quæ declinare poteris sororibus cum alijs.

49 Neq; tamen tu uel Charybdin ignorantis fueris,

Vel ad Scyllæ triste latibulum appellere,

Scyllæ Ausoniæ infestæ, quam genuit Phorcyn,

Noctiuagaq; Hecate, quamq; uocant Cratein:

Ne quo modo horrendis adorta faucibus,

Selectos Heroas uastet. proinde deducas nauem

Eò, ubi exiguus licet transitus fuerit exitij:

Sic fata. illam autem Thetis tali excepit responso:

50 Si modò quidem sœui ignis uis, aut uenti

Tempestuosi cessarent uerè, profectò ego

Facile putarem uel fluctu occurrente

Nauem seruaturum, Zephyro leniter moto.

Verum tempus longam & immensam uiam metiri,

Donec

Donec sorores conuenero, quæ mihi sociæ
 Erunt, & nautis ubi retinacula alligata sunt,
 Ut diluculares admoneantur redditum moliri.
 Dixit, & incitata ab æthere, incidit uorticibus
 Cærulei ponti, vocabatq; auxiliari alias
 Sorores Nereidas: quæ audientes (data
 Conuenerunt mutuò. Thetis autem narravit man-
 Iunonis, continuoq; allegauit in Ausonium mare
 Ipsa uero celerior splendore aut rædijs (cunctas.
 Solis, quando oritur extrema de terra, 51
 Incitabatur ire celeriter per undas, donec attigit
 Litus Aeæum Tyrrheniæ terræ. (gitarum
 Illos autem inuenit iuxta nauem disco iactibusq; sa
 Oblectatos, ipsaq; citò corripiens summam manum
 Aeacidæ Pelei: hic enim ei erat coniunctus:
 Neq; aliquis uidere poterat uerè, sed solummodo illi
 Soli in oculis apparuit, dixitq;
 Ne prætereat nunc in litoribus Tyrrhenis desidete 52
 Sed manè citæ funes soluite nautis, (manentes,
 Iunoni obsecuti patronæ. Illius enim mandatis
 Simul omnes filiæ Nereides ueniunt,
 Nauem per petras, quæ Planctæ vocantur,
 Seruaturæ illa enim legitima uobis uia.
 Quare tu, ne alicui meū p̄dideris corpus, cū uideris
 Obuiantem cum illis: mente tamen serua, ne mihi
 succensueris (susti-
 Plus in posterum, quam antè pertinaciter succē-
 Dixit,

Dixit, ac deinde inconspicua subiit profunditates
maris. (non amplius conuenientem

Illum autem terror uehemens tetigit, quoniam ante

Vidit, ex quo primum reliquit thalamum, simulatq;

Irata ob Achillem nobilem paruulum. (lectum,

Hæc enim mortales usq; carnes amburebat

Noctem per mediā flamma ignis, per dies aut iterū

Ambrosia ungebatur tenerum corpus, ut eſet

Immortalis, atq; eius tristē à corpore senectā arce.

Verū ille è lecto erumpens, animaduertit (ret.

Puerū carū palpitantē in igne, edidit uero clamorē

Terribilem intuitus ualde infans. hæc aut audiens,

53 Illum raptim in terram abiecit uociferatum.

Ipsaq; uento similis corpore, ceu somnium,

Perrexit ire ex ædibus repente, ac subiit pontum

Indignata, neq; quid retrouersa accessit postea.

Ideo ipsius moeror corripuit animum. attamen

Omne mandatum Thetidis indicauit socijs.

Illi ergo interim quieuerunt, missaq; fecerūt certamina.

(bantur:

Sedulo cœnam, nec non & strata circum occupa-

54 In quibus pasti noctem dormierunt, sicut antea.

Quando uero summū attigit lucifera solū Aurora,

Tunc lenis aduentu Zephyri

Conscenderunt transtra de terra, eq; profundo

Aliter, Car. Anchoras retraxerunt læti, atq; alia omnia

basa expedie * Congrua ordinarunt pro debito, alteq; uelum

Subtraxerunt,

Subtraxerunt, pandentes funibus cornua.
 Nauem uero secunda aura ferebat, illicoq; insulam
 Pulchrā Anthemoessam conflexerūt, ubi canoræ
 Sirenes fascinant Acheloides, dulcibus
 Demulcentes cantilenis, quicunq; appulisset.
 Has autem formosa, Acheloo commista, (reris
 Peperit Terpsichore, Musarū una, et quondā Ce-
 Filiam insignem uirginem adhuc oblectarunt
 Simul canentes. tunc autem iam quidem auibus,
 Iam uero uirginibus similes erant uideri,
 Frequēterq; excelsa obseruātes de specula; cerunt,
 Nēpē frequēter sanè multorū dulcē redditū præripu-
 Tabē corruptentes inde sinenter equidem, et illis
 Miserunt ex oribus uocem suauem, illiq; à nauē
 Iam retinacula litoribus iniecissent,
 Nisi Oeagri filius, Thracius Orpheus,
 Thracensem in manibus suis citharam extendens,
 Velociter uolubilis cantilenam cecinisset modi, 55
 Ut simul pulsante resonarent aures
 Pulsatione uirgineāq; uoce suppressit cithara.
 Nauē aut̄ simul Zephyrus, ac resonās ferebat unda,
 A' tergo impuls̄. Illae uero indiscretā miserūt uocē,
 Atqui sic Teleontis bonus filius solus sociorum
 Præuentus, pulchro de iugo incidit ponto,
 Butes, Sirenum suauī uoce animum delinitus:
 Natauitq; nigram per undam, ut attingeret
 Miser: certeq; ei statim ibi redditum abstulissent,
Nisi ipsum

Nisi ipsum miserata dea Erycis regina
 Venus, postea in uorticib. excepisset, atq; seruasset,
 Prompta obuians Lilybæū habitare promontoriū.
 Illi autem dolore correpti, has quidem liquerunt, a-
 liaq; in sequebantur

56 Duriora in Mixodijs maris uastatiua nauium.

Hac quidem Scyllæ præceps extabat petra,
 Illac uero grauiſſimè reboabat ebulliēs Charybdis:
 Alibi etiam Planctæ irgent: præ unda petræ
 Murmurabant. ibi econtra exhibat ardens flamma
 Summis de scopulis, ignita super petra:
 Fumoq; obscurus æther erat, neq; radios
 Vidiſſes Solis, tunc ibi cessante ab operibus
 Vulcano, calidum adhuc sudabat pontus uaporem.
 Vbi ipsis puellæ Nereides aliunde aliæ
 Occurrerunt, ipsaq; à tergo temonem attigit clavi
 Diua Thetis, Planctis è scopulis liberare.
 Nō aliter, quam quādo Delphini è mari lasciuītes,
 Festinantem gregatim glomerantur circa nauem,
 Nunc quidem antè uisi, nunc uero à tergo,
 Interdum ex obliquo. nautis autem gaudium est.
 Sie illæ procurrentes inter se, circa stipabantur
 Argo nauem. Thetis uero dirigebat uiam.
 Et quando sanc' Planctis appropinquaturi erant,

57 Illico subtrahentes niuea ad genua fimbrias,
 Altè in ipsorum scopulorum & undæ fractione
 Mouebantur hinc inde per interuallum inuicem.
 Hanc sublimem seriebat fluxus, circumq; undæ

Insana sublata ad petras resonabat.
 Illæ aut̄ quādōq; qdem præcipitijs similes aeri erāt,
 Interdum herō mersæ imo sub fundo ponti
 Subsidebant, ubi multa superabat sœua unda.
 Ipsæ autē, quemadmodum arenosum prope litus,
 Virgines separatim sinum ad ilia constringentes,
 Pila ludunt orbiculari, eamq; postea
 Alia ab alia excipit, atq; in aera mittit
 Altè sublimē, illaq; nequaquā appropinquat terræ:
 Sic illæ nauem currentem inuicem aliunde alia
 Mittebat aeriam, super undas repente * procul
 A petris, circaq; ipsas fremens currebat unda.
 Has autē ex ipse Rex in uertice alti promontorij
 Erectus, in capulo mallei grauē humerū innixus,
 Vulcanus admirabatur, ac splendido super
 Cœlo stans Louis coniunx circum Palladem
 Ponebat manibus. talis ipsam inuasit metus intuen-
 Quanta autē uerni extenditur diei pars, (tem. 58
 Tantum laborabant ad tempus, mouentes
 Nauem ex pétra fremente. Illi aut̄ uenū (runt
 Rursus adepti, ulterius pergebant: repenteq; ad pulē
 Trinacriæ ad pratum, boum nutricem Solis,
 Vbi istæ quidem ad profundum similes mergis
 Subierat, postq; coniugis Louis peregerūt mandata.
 Illos autē unā balatus per aera attigit ouium;
 Boatusq; boum illicò aures penetrauit.
 Atq; hos roscida per nemora pascebat,

Alias à ratis
remouit.

Minima Phaethusa filiarum Solis,

Argenteum pedum in manu tenens.

Lampetiaq; post boues orichalco fulgenti

59 Mouebat sequens baculum. has ergo ipsi,

Pascentes fluuij ad aquas cernebant,

In campo & prato uirenti, neq; aliqua erat.

Nigra inter istas corpore, uerum cunctæ lacti

Assimilatæ, aureis cornibus decorabantur. (cuta

Atq; has præternauigarunt uno die: nocte uero se-

Transierunt maris uastā profunditatē læti, donec iterū

Aurora matutina splendorē dedit proficiscentibus.

Est autem quædam fretum ante Ionium

60 Magna, diues, Ceraunia in mari insula: (ſæ,

Qua sub positā esse falce fama est (ignoscite Mu-

Nec uolens dico priorum fabulam) qua patris

Genitalia crudeliter amputauit Saturnus. alij uero

Dicūt terrestris messoriā esse falce. (ipsam Cereris

Ceres enim illa habitabat quondam in terra,

61 Titanasq; docuit spicam fertilem demetere,

Macrin diligens. Drepene inde uocata est,

Nomine Phæcum sacra nutrix, sicq; & ipsi

Sanguinis cœlestis genus Phæaces sunt.

Ad hos Argo innumeris implicata periculis,

Siculo auris uenit ex mari, ipsi uero hilaribus

Alcinous, populiq; sacris uenientes

Exceperunt liberaliter. propterq; ipsos lætabatur

Tota ciuitas: dixisses, ppter pprios liberos gaudere.

Simul

Simul ipsi Heroes in populo gaudebant,

Ei similes, ueluti intimam ingressi

Theſſaliam, cum erant se prælio accincturi:

Ita ſtatiſ exercitus numerosus apparuit

Colchorum, qui ponti per os, atq; per petras

Cyaneas, perueſtigatores Heroum penetrarunt,

Medeamq; abreptam ad ſui patris reducere

Contenderunt abfq; mora, aut luctuosam pugnam

Moturos ſe atroci interminabantur temeritate,

Ibiq; & poſtea cum Aeetæ impetu.

Verūm ipſos inhibuit accelerantes bellum,

Rex Alcinous. cupiebat enim utriſq;

Pugna abfq; temerarias contentiones dirimere.

Puella aut ingenti præ terrore impense quidē ipſos

Aesonidae ſocios demulcebat, impeneſe etiā manib.

Aretes genua coniugis amplexa eſt Alcinoi:

Precor Regina, tu uero ppiciare, neq; me Colchis

Concedas * ipſi patri auferre, ſi modo & tu

Hominum de progenie una uiuis, quibus in noxam

Facilimus leuibus incurrit animus erroribus.

Sic mihi præſentes ſanè elapsæ mētes, nec qdē abfq;

Furore. ſciat uero ſacrum lumen Solis,

Sciant noctiuagæ Perſeidis mysteria puellæ,

Vt non ego uolens cum uiris aduenis

Illinc diſceſſi, ſed infelix mihi timor persuafit

Huius fugæ meminiffe. quoniam erraueram, neq;

aliquod aliud

63

Aliter, pro-
prio.

Cōsiliū erat. adhuc mihi uirginitas manet, ueluti in
 Aedibus, intacta et integra. pinde miserere (patris
 Veneranda, tuumq; coniuge mitiga. tibi uero tribu-
 Immortales uitam perfectā, fœlicitatemq;, Ceruit
 Ac liberos, nec non gloriā inuictæ urbis.

Talibus equidem Areten orabat lachrymans,
 Talibus etiam Heroū econtrā quemuis uirum:

- 64** Vestri ô multo præstantissimi, obq; certamina
 Ergo uestra afflitor, cuius consilio
 Tauros iunxitis, messemq; periculosa m uirorum
 Metebatur terrigenarū, cuius gratia in Thessaliā
 Aureum iamiam uellus asportabitis reuersi.
 Illa ego quæ patriam, ipsoſq; amisi parentes,
 Quæ domum, quæ uniuersam lætitiam uitæ:
 Vobis autem & patriā atq; ædes inhabitare iterum
 Effeci, dulcibusq; amplius intuebimini genitores
 Oculis. sed mihi infestus abstulit Deus
 Fœlicitatem, ac misera cum aduenis erro.
 Reuereamini pacta, nec nō iuramenta: reuereamini
 Eriynnem

Supplicem, Nemesisinq; Deorū, ad manus reuersam
 Aeetæ, calamitate detestanda affectum iri. (ptum
 Non templa aut munimentum auxiliare, non rece-

- 65** Alium, sed sola propono uos ipfos
 Inhumani rigiditate & crudeles. neq; in animo
 Erubescitis, peregrinae genibus me manus Reginæ
 Cernētes extendentē, desertam? Verum et cunctis,
 Pellem

Pelle eripere cupidi, conseruistis prælia cum Col-
Ipsoq; Aeeta terribili: nunc uero obliti estis (chis,
Magnanimitatis, cum soli dispersi sunt.

Ita fata est supplicias illorū aut quemcunq; orasset,
Hic ipsam animabat, placans lamentantem.

Vibrabant hastas acutas in manibus,

Ensesq; è uaginis, neq; defuturos auxilio

Affirmarunt, si caussæ iniquæ obstatre deberent.

Tristatis ergo in coetu superuenit soporativa

Nox laborū mortalibus, tranquillauitq; uniuersam

Terrā simul: illā uero ne uel minimū sponuit somnus,

Sed ei in pectoribus tristatus uersabatur animus.

Veluti quando fusum mulier laboriosa uersat

Nocturna, propterq; deplorat orphanos liberos

Viduitatē mariti, stillant uero lachrymæ in genas

Flentis, quale ipsam triste obruit fatum.

Sic illius madebant genæ, adhæc ei cor

66

Vehementes iactabatur transfixum ob dolores.

Illi ergo domi in urbe, ut antea

Rex Alcinous, uenerandaq; Alcinoi

Arete coniunx, de uirgine consultabant,

Suo in lecto per noctem, sicq; maritum

Legitimum efficacibus uxor orabat uerbis:

Profectò dilectus, agedum mihi libera Colchis

Virginem, Minyis gratificans: prope autem Argus

Nostram insulam, ac uiri Theſſali.

Aeetas uero neq; habitat prope, neq; quid nouimus

Aeetam, sed solum audimus: hæc autem uirgo
 Afflita, mihi animum fregit supplicans, (ducere.
 Ne se, Rex, Colchis concedas ad patris domū ab-
 Lapsa est, quando prima boum sedatiua dedit
 Pharmaca ei. Fermè aut malo malū, tanquam multa

- 67** Facimus errore, declinans effugit
 Patris difficilis grauem iram, cæterum Iason,
 Ut audio, magnis astringitur ex se iuramentis,
 Legitimam fecisse in ædibus coniugem.
 Quocirca caue, ne ipsum uolens periurium iurasse
 Concedas Aesoniden, neq; indignè tua caussa
 Filiam pater animo irato lædat.

- Valde enim acerbi suos propter liberos parentes,
68 Veluti quidem Antiope pulchræ fecit Nycteus,
 Veluti autem e^r Danae in ponto mala tulit
 Patris impietate recens etiam. neq; de procul (los
69 Sceleratus Echetus, pupillis oculorū ferreos stimu-
 Infixit filiæ suæ, miserabilq; torquetur cruciatu.
 Caliginosa æs molens in casa.
 Sic fata, orans, illius uero mentes gaudebant
 Suæ coniugis uerbis, responsumq; tale reddidit:
 Arete, etiam cum armis profligauerim
 Colchos, Heroibus gratificans nomine uirginis.
 Sed Iouis metuo iustitiam æquam transgredi.
 Neq; quidem Aeetam contemnere, ut dicis,
 Consultū: nemo enim potētior Aeeta. (ferre posset.
 Volens enim, de longinquò licet, Græciæ bellū in-

Quare

Quare me æquū est causā, quæ inter omnes opti-
Erit homines, iudicare: non tamen te celabo, (ma

Virginem quidem existentem, suo patri restitui

Volo: lecto uerò cum uiro mistam,

Non ipsam suo marito abstraham: neq; prolem

Si quam sub pectoribus gestat, hostibus concedā.

Sic fatus, ipsumq; continuò oppresbit somnus.

Illa uerò sermonem animo prudentē infixit, illicoq;
surrexit

Ex lecto, per domum simul excitatae sunt sc̄minæ,
Famulæ heram suam obseruantes.

Taciteq; suum præconem uocans affata est

Sua industria, adhortans misceri

Aesoniden virginī, neq; Alcinoum Regem

Oret: hoc enim solum ipse iudicabit,

Virginem existentem sui ad ædes patris

Remittendam: lecto uerò cum uiro subseruentem,

Non iterum legitimo ipsam abstrahendam amore.

Sic quidem fata. illū autem statim pedes ferebāt ex

Vti Iasoni sermonem lætum nunciaret (ædibus,

Aretes, consiliumq; diuini Alcinoi. (bantes,

Istos autem inuenit apud nauem cum armis excu-

Hyllico in portu, prope urbem: totamq; (que 70

Exposuit legationē. gauisus uerò animus uniuscuius

Heroū: ualde enim gratum sermonē illis edisseruit.

Continuoq; cratera miscentes immortalibus,

Quemadmodum fas, ritè uotiuā pecora trahentes,

n s Illa ipsa

Illa ipsa nocte uirgini nuptialē parauerūt thalamū
 Antro in sacro, ubi quondam Macris habitabat,
 Filia Aristaei melliti, qui apum
 Opera, utilisq; inuenit pinguedinem oliuæ.
 Illa sane primum Louis Nyseium filium
 Euboia in Abantide, suo in sinu
 Excepit, atq; melle aridum circum labrum obleuit,
 Quando ipsum Mercurius eripuit ex igne. uidit aut
 Atq; ipsam indignata tota eiecit insula. (Juno,

Hæc autem Phœacum sacrum de procul in antrum
 Cōcessit habitatū, ac præbebat opes immēsas inco-
 Vbi tunc strauerūt lectū magnificū, quo superclis.

Aureum splendidum uellus iniecerunt, ut essent
 Solennes nuptiæ, celebresq; flores autem ipsis
 Nymphæ decerp̄tes, in niueis uarios finibus (dor,
 Adferebāt. cūctas uero ignis instar sequebatur spīe
 Tantū ab aureis fimbrijs relucebat iubar. (quamq;
 Accēditq; in oculis dulce desideriū. tenuit tamē unā
 Verecundia, cupientem similiter manum iniūcere.
 Illæ quidem Aegæi fluuij uocabantur filiæ,
 Illæ uero montis cacumina Meliteij inhabitabant.

Aliæ erat ex campis Alseides (scilicet nemoreæ)

Nymphæ. excitauit enim ipsa
 Juno Louis coniunx, Iasonem honorans.
 Illud & in hodiernum, Sacrum uocatur antrum
 Medeæ, ubi illos inuicem copularunt, (nibus
 Prætendentes uestes odoratas. Minyæ uero in ma-
 Hastas

Hastas uibrantes bellicas, ne prius ad prælium
 Hostis manifestus urgeret cœtū (s. ipsorū Argos)
 Capita aut̄ foliosis redimiti frondibus, (nautarū)
 Mirè Orpheo suauiter pulsante citharam,
 Nuptialia hymenæum ante limina caneabant.
 Haudquaquam in Alcinoi (s. domo) nuptias propo-
 fuerat se celebraturum,
 Heros Aesonides, sed in ædibus patris sui
 Reuersus in Iolcum in columis. sic etiam ipsa
 Medea sentiebat, nisi necessitas exegisset misceri.
 Sed nunquam genus miserorum hominum
 Lætitiam accedit toto pede, sed aliqua semper
 Amara adest lætitiæ tristitia.
 Ideo & illos juuui licet gaudentes amore
 Metus habuit, rata ne esset sententia Alcinoi.
 Cæterū aurora immortalibus reuertente luminib.
 Discutiebat atram noctem per aera, ipsaq; riserunt
 Litora insulæ, & roscidæ de procul
 Viæ campi, inq; strepitus erat uijs.
 Excitabatur incolæ quidē per urbē, ipsiq; de longe 73
 Colchi Macridiæ in finibus insulæ.
 Illico uero Alcinous aggressus est * compositò
Aliter, con-
ditionibus.
 Suam mentē exponere de uirgine. ubi ipse manu
 Sceptrū tenebat ex auro iudicariū, quo sub multi
 Aequa per urbem dijudicabant iura.
 Ita & deinceps militaria induit arma
 Phœacum præstantissimi, simul ordine incedebat.
 Heroas aut̄, mulieres congregatæ extra custodias,

Ibant spectaturæ, unaq; uiri agrestes

Venerunt audientes. Nam uerum rumorem

Iuno præmisit, duxitq; hic quidem egregiū ex alijs

Agnū ouibus, ille uerò inertem uitulam:

Alij autem amphoras prope statuerunt uini

74 Ad miscendū, à sacrificijsq; procul surgebat fumus.

Ipsæ autē elaboratas uestes gestabant, nimirū mul-

Insigniaq; auri, nec non & alia adhæc (eres,

Ornamenta, qualibus recens nuptæ adornantur.

Admirabantur autē intuentes præclarorū Heroum

Formas, figuræq; interq; ipsas Oeagri

Filium ad citharam canoram, cantumq;

Frequenter tacito solum pulsantem pede. (ptiarum,

Nymphæ uerò simul cunctæ cū recordarentur nu-

Gratum Hymenæum personuerunt, nuncq; ibi

Sola ad solam canebat rotata in gyrum,

O' Iuno, te propter: tu enim mentibus inseruisti

Aretes, optatam dicere sententiam Alcinoi. (uit

Cæterū ille quāprimum iustitiæ summa pronūcia

Aequè, iamq; nuptiarum solennitas uulgata est

Certa, ueluti metuerat uehemeter, neq; ipsum me-

Malus, neq; graues mouerunt Aeetæ (tus

Indignationes. Valde enim obstrinxit iuramentis.

Quare & quando stulte Colchi didicerunt relu-

Vel ipsos aut iura sua præstare iubet, (stantes,

Aut à partibus terræ longè naues prohibere:

Tunc euidem Regis sui formidantes minas,

Suscipere

Suscipere orabant se socios. ibi^{q;} in insula
 Diu sanè Phæaces inter uiros habitabant,
 Donec Bacchiadæ genere ab Ephyra existentes
 Viri ad habitandum uenerunt aliquandiu pōst. illi
 autem in ulteriorem (Abantum

Insulam migrarunt, illinc uero Ceraunios tentabat
 Montes, Nestæosq;^z, nec non Oricum adire.

Verūm hæc quidem multo pōst tempore facta sunt,
 Parcarumq; adhuc illic sacra annua excipiunt,

Ac Nympharum Nomij in phano Apollinis
 Aræ:has Medea erexit. sed multa abeuntibus

Alcinous Minyis xenia, multaq; præbuit
 Arete, adeoq; duodecim tradidit sequi

Medeam famulas Phæacidas ex ædibus. (uentus
 Die tandem septimo Drepanem liquerunt, ortusq;^z

Secundus de mane ex Ioue: illi uenti

Spiramine festinantes processerunt. attamē nondū
 Fatale erat, peruenire ad Achaiam, Heroibus,

Postquam iterum Libyæ in finibus laborassent.

Iam ergo tandem sinum cognominē Ambraciorum,
 Iam Curetida liquerunt terram, apertis

Velis, ac arctas cum ipsis Echinadibus insulas
 Ex ordine. Pelopis autem iam apparebat terra.

Et tunc abreptim violentus Boreæ turbo

Per medium pelagus Libysticum nouem integras
 Noctes, simul et totidē ferebat dies, donec attigerūt

Vlterius ferè in Syrtin, ubi nō amplius reditus retro
 Nauibus

- Nauibus est, quando istū coactæ fuerint in finū ad
 77 Passim enim limus, passim muscosæ pfundi (pellere).
 Densitates, languidaq; innatæ aquæ alga,
 Ac alta arena adcumulata est, neq; aliquod illinc
 Serptile aut uolucre euadit. Quò sanè illos,
 Inundatio etenim recedit à terra, (tora)
 Vbi frequenter sanè ista unda & iterū alluit ad li-
 Violenta ingruens, intimo detorsit repente
 Litori, carinaq; ualde aquis parum relicturn est.
 Illi autē è nauī eruperunt, dolorq; corripuit intuētes.
 Aera, & uastæ terga terræ, aeri uero æqualia
 78 Procul circūiacentia planè. nō enim aliq; rigationē,
 Non uiam, non longē prospexerunt pastorum
 Caulā, sed tacita occupabātur omnia trāquilitate.
 Alius ergo tunc alium attonitus interrogabat:
 Quæ terra est ista? quò detorserunt procellæ
 Nos? utinam sustinuissemus negligentes perniciosi
 Pauoris ipsas uias per medium penetrare
 Petrarū. siquidem etiam contra Iouis nutū pfectis,
 Satius esset insigne aliquid machinantes perire.
 Nunc uero quid faciamus prohibiti uentis,
 Illic manere, exigū licet tempus, postquā deserta
 Ora tenebricosæ aperitur terræ?
 Ita inquit, interea ipse magnitudine periculi
 Gubernator Ancæus perturbatis dixit:
 Perijmus, infelicissimo quasi interitu, neq; effugiuī
 Est calamitatis, propeq; nobis durissimis affligi
 Hac sub-

Vel, isti soli-
tudini illa-
pos.

* Hac sub solitudine ueritos, si uenti
De terra conquiescerent. nam lutulenta uideo
Procul, circumspiciens mare, undiq; aceruatisq;
Percussa canis illiditur arenis. Cunda

At miserabiliter sanè modò ipsa fracta fuisset
Nauis sacra à terra multum procul, nisi eam ipsa
Procella ex ponto sublimem extulisset. Jugo
Nunc uero illa in pelagus retroacta est, solaq; sal-
In nauigabilis ambit, terram saltem tegens.

Proinde ego omnē quidē spēm puto amputatā esse
Navigationis, redditusq;. consiliū aut̄ quicunq; aliis
Ostenderit, liberum est ei ad gubernacula sedere,
Cupienti transportationis. Sed non facile redditū
Iupiter laboribus nostris tribuet. (diem

Sic effatus, lachrymans. affensere uero tristanti,
Quotq; erant rei nauticæ periti. inq; omnibus
Cōtristatū est cor. obfundebatur aut̄ pallor genis, 79
Quasiq; mortuis similes spectris

Viri uersantur per urbem, siue belli,
Seu pestis ekentū expectantes, aut aliquem imbrē
Immodicum, qui bou immensos extinguīt labores.
Aut quando ultronea simulacra fluant sudantia

Sanguinem, atq; sonitus in templis effinguntur.

Aut et Sol medio die noctem superinduxerit
De cœlo, ipsaq; clara in æthere astra apparuerint.

Sic tunc Argonautæ longo in litore

Incedebat repentes, superuenitq; statim tenebrosa

Vespera

Vespera illis autē miserabiliter manibus seipsoſ amplexantes,

(ſim hinc quifq;

Lachrymas effundere uoluptati habebant, ut ſeor-
Animum macerarent arenis illapſi.

Perreixerunt alius aliò longius lustrum querere.

Caputq; petris inuoluentes ſuis,

Eſurientes & ieuni iacebant noctem per totam

Intelligit eas
quas ab Alci-
noo accepe-
rat dono.

Ad lucē, miserabilē propter mortē separatim uero
Cunctæ Aeet& lamentabātur circa filiā. (t pueræ
Quemadmodum quando deferti elapsi petrae

80 Cauerna inuolucros uohementer resonant pulli.

Aut quando pulchrè fluentis ad litora Pactoli

Cygni modulati fuerint, circumq; pratum

Floridum resonat, fluuij pulchra fluenta.

Sic illæ flauas inferentes pulueribus comas,

Per totam noctem miserabilem Ialemum lugebant.

Et profectō ibi omnes uita exceſſiſſent

Ignobiles, & obscuri hominibus cognitu.

Heroum optimi, infeſtum propter certamen:

Niſi ipſoſ miseraſtæ fuſſent malis attenuatoſ

Heroinæ, Libyæ præſides, quæ quondam Mineruam,

81 Quando patris capite emicuit apparens,

Obuiantes Tritonis ad aquas lauabant.

(dij

Meridianus dies erat, accendebatq; acutissimi rā-

Solis Libyam: illæq; propè Iasonem ſteterunt,

Dempferuntq; manibus à capite furtim peplum.

Sed ille aliò auerſe oculos detorsit,

Dinas

Diuas reueritus. ipsum autem palam solum
 Blandis uerbis tristatum appellabant:
 Infelix, qd tandem usq; adeo desperatioe maceraris?
 Scimus profectos ad aureum uellus, scimus omnes
 Vestros labores quos per terram, ac quæcunq; per
 Errates in poto ingetia facinora designastis. (mare
 Solitariæ sumus, terrestres Diuæ, affabiles
 Heroine, Libyæ præsides, atq; virgines.

82

Quare surge, neq; quid ita luctibus conficiare,
 Suscitaq; socios. cum autem Amphitrite
 Currū Neptuni celerem primū soluerit, (onem,
 Tunc uestræ matri (s. naui) rependite recōpensati.
 Eorum quæ tulit, diu in utero uos gestans,
 Atq; iterum felicem in Thessaliā reuerti poteritis.
 Sic ubi fatæ sunt, & incōspicuæ ubi steterunt, ibi
 Voce simul erant propè. sed Iason (sanè illæ
 Circumspectans reredit in terra, sicq; respondit:
 Miserecute deserticolæ uenerabiles deæ pro uero 83
 reditu.

Nequaq; palam intelligo sermonē, quo qdē socios
 Cōgregas appellē. utinā uero signū aliquod (tius.
 Inueniamus redditus: multorū enim cōsiliū præstan
 Dixit, & excitas socios, plurimumq; inclamabat.
 Squalidus pulueribus ceu leo, qui certè per sylvas
 Compascuā suam insequens rugit, ipsi uero graui
 Sono tremiscunt per montes procul saltus,
 Pauoreq; agrestes boues magnopere horrent,

o Bibulciq;

Bubulciq; illis tamen neq; uox fuit

Horribilis, socio amicis clamante,

Propeq; congregati sunt tristes. uerū ille ipsos

Tristatos iuxta stationem mistim mulieribus

Collocans, narrabat indicans singula:

Audite amici, tres enim mihi tristato deæ,

34 Pellibus caprinis induitæ ex summa

Ceruice, circaq; terga & lumbos, tanquā puellæ

Steterunt supra caput ualde propè, reuelaruntq;

Peplum remouentes leui manu, meq; iubebant

Ipsum surgere, & uos excitare aggressum, (nem,

Matriq; uestræ cōuenientē rependere cōpensatio-

Eorum quæ tulit diu in utero nos gestans,

Quando sanè soluerit celerem Amphitrite

Curru Neptuni. possum uero nō omnino intelligere

Hoc de uaticinio. uolunt quidem esse

Heroinæ, Libyæ præsides, atq; filiae:

Ac quæcunq; ipsi nos antè in terra, quæq; in mari

Perpessi sumus, singula intelligere gloriabantur.

Neq; illas in loco aspexi, sed quædam caligo,

Aut nubes per medium apparentes texit. (tes.

Sic fatus illi aut fermè omnes obstupuerūt audien-

Tunc maximum monstrum Argonautis accidit,

E' mari in terram immanis profiliit equus

35 Ingens, aureis arduis ceruicem iubis,

Celeriter quaties pedib. multifluā salsuginē. (leus

Cœpitq; currere uero similis pedes, illico uero Pe-

Lætatus

Lætatus, socijs congregatis dixit:
 Currus equidem puto Neptuni ego,
 Iam nunc coniugis caræ à manibus solutos esse.
 Matrem uero non aliam coniecto, quam ipsam
 Nauem esse profectò enim in utero ferens
 Nos, duris premitur laboribus.
 Proinde ipsam magna ui & robustis humeris
 Altè tollentes arenosa in terra (quis.
 Feremus, qua ulterius citus pedes progressus est e.
 Non enim ille terrā subbit. uestigia autem, nobis
 Ostendere quendā coniūcio sinum desuper mare.
 Sic fatus, omnibus aut promptū placuit consilium.
 Musarum ille sermo, uerū ego subditus cano,
 Pieridum & istud uerum audiui uaticinum.
 Vos ô supra modum optimi filij regum, (sertos
 Qua ui, qua uirtute Libyæ per cumulos arenæ de
 Nauem sublimem, quæq; in nauifertis,
 Suscipiētes humeris, ferre duodecim integros (riā
 Dies, simulq; noctes, ærumnā eqdē, aut etiā misē.
 quis diceret, quā illi exhauserūt laborātes? (runt
 Reuera immortalū erāt sanguinis, quale sustinue-
 Opus necessitate coacti. cæterū ultra (ludis
 Procul ualde admirabiliter Tritonidis ad aquas p
 Vbi ferebāt, ubi pgressi, à robustis posuerūt hume
 Rabidis autem deinde similes canib. incitati, (ris.
 Fontem quærebant. in arida enim erant (sunt
 Siti, afflictioneq; nec nō doloribus. neq; frustrati

86 Euntes, ueneruntq; ad sacrū campū, in quo Ladon
Vsq; fortè in pridianum aurea protexerat mala,
In agro Atlātis terribilis draco: circumq; nymphæ

87 Hesperides occupabantur, suauiter canentes.

Tunc certè iam ille ab Hercule confectus (ma-

Alior. poma num. * Ex malo prostratus est ad truncū, sola aut extre-

Caudā adhuc palpitat, à capite uero nigrā

Vsq; ad spinā iacet exanimatus, eq; linquentibus

Hydræ lerneæ bilem crux amaram sagittis,

Muscae putrescentia ad uulnera siccabant.

Prope tamē Hesperides capitib. manus adhibentes

Niveas flavis, affatim lugebant. illi autem appro-

pinquarunt (ra accendentibus

Repente simul. sed Hesperides statim puluis et ter-

Euestigio factæ sunt. ibi autem cognouit Orpheus

Diuina mōstra, ill. sq; suis interpellabat precibus:

Diuæ ô piæ e&r placidæ propiciamini reginæ.

88 Siue igitur cœlestibus annumeratae estis deabus,

Seu terrestribus, siue deserticolæ vocamini

Nymphæ, uenite ô nymphæ sacrū genus oceanii,

Monstrate desiderantibus, coram nobis uise,

Aut aliquā saxeā uenam aquæ, aut aliquem è terra

Sacrum scaturientem ô Deæ fontem, quo sitim

Ardentem uehementem compescamus. siq; rursus

Quandoq; Achaida in terrā reuertamur nauigijs,

Innumera dona inter primas deas,

Libaminaq; sacra exhibebimus benigni.

Sic fatus,

Sic fatus, orans ægra uoce. illæ autem miseratae sunt 89
 De propè tristantes, ac sanè è terra produxerunt
 Herbam primum. herbæ uero in alto longi
 Succreuerunt rami, postea uero germina uirentia
 Multum supra terram erectim surgebant.
 Hespera alnus, ulmus uero Erytheis fiebat,
 Aegle autem salicis sacer stipes: eque illis
 Arboribus, quales erant, tales iterū uere omnino.
 Orta est admiratio ingens, responditq; Aegle
 Suaibus uerbis respondens orantibus:
 Profectò insigne penitus uestris commodum
 Huc uenit laboribus: *pessimus ille, qui spolians
 Custodem draconem uita, aurea mala de arū (est:
 Abiit asportans: tristis uero dolor nobis relictus
 Venit enim hesternus quidā uir immanis iniuria,
 Et corpore, oculi ei terribili micuerunt in fronte,
 Crudelis, pellemeq; monstrōsi induitus leonis
 Crudā, imparatā, robustūq; habebat stipite oliuæ,
 Ac sagittas, quib. monstrū illud cōfecit iaculatus.
 Venit uero & ille tanq; per terrā pedes iter faciēs,
 Siti aridus. ruebat autem per hunc agrum, 90
 Aquā quæritans, quā quidē nusquam licebat uidere.
 Quædam tamen petra Tritonida prope paludem,
 Eam ille deprehendens, siue et Dei suauis aqua.
 Cum calce pedis pulsauit, infi à ipsa dense erupit
 Verū ille ambas manus terræ et pectus annixus,
 Rupta ex petra babit largissime, donec profundū

Aliter, nouis
sumus.

Ventrem boui similis procumbens satiatus est.

Sic fata illis aut̄ gratū ut ipsis ostēdit Aegle (runt.

Fontē, eō cucurrerūt celeriter lētati, donec inuene

Quem admodū angustā circū cauernā uersantur

Laboriosæ formicæ, confertim ueluti muscæ

Circum exiguum mellis dulcis guttam uolantes,

Aliiter, sine & culeo.

* Impunè susurrant densæ sic tunc collecti

Petricosum Minyæ circum fontem oberrabant.

Et forte aliquis humidis labris dixit exhilaratus:

Papæ, profectò seorsim existens iuuit socios (do

Hercules siti laborates. quamobrē ipsum si quo mo

Inueniamus incidentem per terram eentes.

Dixit, & euntium qui apti ad istud negotium

Electi sunt, aliò aliis ruens peruestigauit.

¶ 1 Vestigia enim ppter nocturnos cōfusa erāt uētos,

Obruta arena. Boreæ quidem incitati sunt

Filij gemini, alis confisi, pedibusq; leuibus,

Euphemus audax, Lynceus acutos procul (thus:

Oculos mittere, quintus aut̄ cū ipsis prodibat Can

Quem fatum deorum, illam uiam, audaciaq;

Impulit, ut Herculem apertè audiret, (ei,

¶ 2 Elatidē Polyphemū ubi reliquerit. cura erat enim

. Suo pro socio exquirere singula.

Verum ille Mysis nobilem urbem condens,

Reditus studio iuit, quærens Argonem

Procul per orbē. tandem autem peruenit ad terram

Maritimorū Chalybum, hic ipsum et fatū domuit,

Atq; ei sub atra populo monumentū factum est,

Paululum ante mare sed tunc Herculem
 Solum immēsa procul à terra uidebatur Lynceus
 Sic uidere, quemadmodū aliquis nouo in die lunā
 Aut uidet, aut uidetur obscuram uidere. (alium
 Ad socios ergo reuersus dixit: Non ipsum insuper
 Quæsitorem euntem inuenturum. alij uero et ipsi
 Venerunt, Euphemus pedibus celer, filijq; gemini
 Thracensis Boreæ, uana laborantes.
 Canthe, te autem tristia in Libya fata rapuerunt.
 Gregibus erratibus incidisti, sequebatur uero vir
 Rusticus, qui suas oves, interim dum socijs
 Indigentibus auferres, defensurus occidit 93
 Lapi de feriēs, quoniā nō ipso imbecillior extiterat,
 Pronepos scilicet Apollinis Delphici Caphaurus, 94
 Puellæq; uenerādæ, Acacallidis, quā quondā Mi-
 In Libyā trāstulit, Deo grauē sc̄tū gerentē, (nos
 Filiam suam. hæc præclarum filium Phœbo
 Peperit, quē Amphithemin Garamantaq; uocat.
 Amphithemis exinde mistus Tritonidi nymphæ,
 Quæ certè ei Nasamonē pepit, fortēq; Caphaurū,
 Qui tum Canthum interemit propter oves suas.
 Neq; ille heroū ultrices euitauit manus, (rūt iterū
 Vbi didicerūt qualiter fecit. mortuū uero sustule.
 Audientes Minyæ, terræq; mandarunt,
 Lugentes oves ad ipsos qui abegerunt.
 Tunc & Ampycidem eodem die Mopsum,
 Crudele rapuit fatū, amaramq; non effugit sortem

9, Vaticinijs. neq; enim aliquod effugium mortis.
 Iacebat autem in arenis meridianum diem fugiens
 Immanis draco, lentus qdē uolens nolentē lādere,
 Neq; in fugientem manifestē impetum fecisset,
 Sed cuicunq; primum frigidū uenenum asperserit
 Animalium, quæ terra frugifera spirantia nutrit,
 Vel, cubitale
 Neq; t̄ sesquipedale ad infernum iter restat,
 Neq; si Pæon, (si mihi fas liberè dicere)
 Curauerit, quando solum inciderit dentibus.
 Cum enim illustris Libyā tranaret Perseus, (ter)
 Eurymedon (etenim eo nomine uocabat ipsum mā
 95 Gorgonis recēs sectū caput regi (s. Polydectæ) fe
 Quotquot atræ guttæ cruoris solū attigerat, (rēs
 Istæ omnes eiusmodi serpentū genus produxerūt.
 Huic ergo summā super spinam impreßit Mopsus,
 Læuam procedens plantā pedis. uerū ille mediū
 Radiū, et musculū, circū circa dolorib. constrictus
 Carnem mordens excauauit. sed Medea, aliæq;
 Horruerūt famulæ. ille cruentū uulnus attrectauit
 Audacter, qua de causa nō ipsum pestilens uulnus
 Miser, iā ipsius corpori subiij sopor, (cōpescēbat.
